



4753



R. XVIII. 6. no. 137.

11

Consensus-non Consensus  
ECCLESiarum LUTHE-  
RANARUM atq; REFORMA-  
TARUM,

*in*

Colloquiis, Marpurgensi & Lipsiensi,  
Catechesibus & scriptis tā publicisquam privatis,  
Circa articulos fidei, eosq; fundamentales

*DE*  
**SACRA COENA,**  
**PERSONA CHRISTI, ET PRÆDE-**  
**STINATIONE**

*adversus*

Disputationem nuperam Francofurtensem  
Syncretisticam

D. FRIDERICI REICHELII P.P.

ostensus & in lucem editus


â

**CHRISTIANO WEBERO S. S.**

Theol. Licentiato & Vratislav. Eccles. ad D.  
Elisab. vocato verbi ministro.

---

Wittebergæ, Typis Johannis Rhöneri Acad. Typogr. 1653.




CHRISTIANA  
PERSONA CHRISTI PER SEDE  
SITIMATORE

CHRISTIANA WABER

Sächsische  
Landesbibliothek  
Dresden

SERENISSIMO  
ac  
POTENTISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO,  
DOMINO  
**JOHANNI**  
**GEORGIO**  
Duci Saxoniæ, Juliæ, Cli-  
viæ & Montium, Sacri Romani Imperii Ar-  
chimarschallo, & inter Electores Seniori,  
Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ,  
nec non utriusq; Lusatia; Burggravio Mag-  
deburgensi, Comiti in Marca & Ra-  
venspурго, Dominoin Ra-  
venstein

*Principi ac Dominomeo Clementissimo, Cor-  
poris animiq; felicitatem precor.*



Eploranda omnino est hodierna Ecclesiæ fa-  
cies, Serenissime ac Potentissime Prin-  
ceps Elector, Domine Clementissime,  
que quam splendida olim in mediis persequu-  
tionibus visa fuit, tam deformis hodie, tam fæ-  
da,

da, tam commaculata conspicitur. Scilicet eo tandem protervia  
progressa est extrema apud Christianos rixandi libido, ut ho-  
die non pro veritate amplius, sed pro eruditione quasi omne mi-  
litetur bellum, & hoc tantum agatur, ne quis quid ignorasse,  
aut sine fundamento dixisse videatur. Quam simplicior  
vero primitiva Ecclesia! Quam ubiq; sanctiores patres, qui  
non dici adeo, quam esse magis volebant Christiani secundum  
B. Ignatium in Epist. ad Rom p. 56. Scilicet nondum ma-  
gnifico apparatu, aut templis res divina apud eos constabat.  
Frugireligio & pauperes ritus, & nulla edificia cœlo certantia  
sed temeraria & subterranea nonnunquam Oratoria, &  
vasa adhuc lignea, & nidor ex illis, & Deus tamen ipse ubiq;  
ut nonnihil immutata Tertulliani verba huc traham ex A-  
pol. c 25. At vero, postquam per Christianum Magistratum  
liberiore aura frui licuerit, atq; adeo non tuta solum, sed & ho-  
norata facta fuerit Christianor: professio quis non ingemisce-  
ret, ubi eruditionem pietati antehabitam, & ex Religione  
quandam quasi artem factam conspexerit? Reprehenderunt  
bas maledicas macbinationes & tentationes, suis jam olim  
temporibus Procopius lib. I. Gothicorum, Nice-  
phorus Greg. l. 10. aliq; quos quidem hic recensere super  
vacaneum. Atq; his Christianorum dissidiis nonnunquam  
abusos legimus Imperatores, ut eadem vel ad rationem sui sta-  
tus confirmandam, vel ad boni publici rationes revertendas non  
unis vicibus applicarint & aluerint. Exempla passim in  
promptu. Habebis apud Ammianum Marcellinum l. 21.  
Constantium, qui ut rei vehiculari succideret nervos, plurima  
inter Christianos excitavit dissidia, quæ progressa fusus aluit  
concertatione verborum, ut catervis antistitum jumentis pu-  
blicis, ultracitroq; discurrentibus per Synodos scopum suum af-  
fegue-

affequeretur: Videbis apud eundem l. 22. Julianum, &  
quos nunc referre super sedeo. Atq; hinc paulat m, Theologie  
quoddam quasi artificium adaptatum fuit, tale quidem, quod  
& probationibus & refutationibus apprime necessarium po-  
ste a visum fuit. Seculis enim deinceps consequentibus magis  
magis Theologia, quasi per modum discipline exulta est, &  
Seculo VIII. quidem Johannes Damascenus fere primus  
eandem in systema quoddam opere, quod ē. 200. m̄s ḥ̄oδ̄oꝝ  
π̄. se w̄. inscr̄psit, rededit. Bellarminus de Script. Eccles.  
p. 182. donec seculo XII. Petrus Lombardus Episcopus  
Parisensis universam Theologiam IV libris complexus anti-  
quorū patrum sententiis, unde sententiarum Magister dictus  
est, exposuerit. Nata ab hoc est universa Scholasticorum  
Theologorum (Quodlibeticorum) natio, genus hominum sub-  
tile, contentiosum, Latinitati Romane pene exitiosum, tetrica  
Philosophiae tantum non emancipatum, ut ipsi quoq; Pontificii  
Scholasticam Theologiam maximis abusibus involutam ultimis  
seculis concedant. Melchior Canus Episcopus Canarien-  
sis l. 8. loc. Theol. c. i. & l. 9. c. i. Alfons. Saltmeron  
Commentar. in Evang. proleg. q. quinquag. i. can. 15.  
Dominicus Soto pr̄efat. in lib. de nat. & grat. Leon-  
hard. Marius prolegom. in S. Script. q. 8. Sect. 3. n. 10.  
Gabriel Vasquez disput. 3. in i. part. Thom. c. 3.

Nec illi vero tantum sunt, qui negotium hoc Religioni fa-  
cessunt, sed jam inde quasi ab initio Reformat & per Lutherum  
Ecclesia nobis sese opposuerunt alii, qui tamen in iisdem castris  
stipendia nobiscum facere voluerunt, certe jactitarunt. Unde  
ab his sibi multo magis cavendum esse hactenus Ecclesia ortbo-  
doxa duxit, quam omnibus suis hostibus etiam juratis; ut quo  
latius ea heresis serpere visa unquam est, aut quo vicinior ap-

paruit, eo majori & alacriori animo ac contentione delendam  
& extirpandam eam censuerit. Quam vero sibi non ipsorum  
secta constet, tot hodie Britannorum loquuntur factiones, a-  
pud quos passim invenimus infausta nomina Brovonista-  
rum, Separistarum, Sebaptistarum, Expectantium,  
Anti-Scriptristarum, Manifestiorum, Familista-  
rum, Perfectistarum, Non-residentium, Pluralista-  
rum, Traskitarum Hetheringtoniorum &c. quorum  
monstrosa dogmata apud Honorium Reggium de statu Ec-  
clesiarum in Britannia est legere. Ecquis vero nunc rebus  
ex utraq; parte ita stantibus, inter tot animorum distractio-  
nes pacem, inter tot sententiarum distractiores conciliatio-  
nem sperare velit? De Colloquiis certe, mutuisq; conferentiis,  
quaesib; quidam pollicentur, quam frustra polliceantur, do-  
cuit res ipsa & non unis vicibus eventus. Et vereor ego, ne de  
colloquiis istiusmodi dici idem imposterum possit, quid de Ger-  
manorum Comitiis aliquando dictarat Joh. Zamoscius  
Poloniae Cancellarius: Germanos in suis Comitiis, fere  
nil aliud agere, quam ut de sessionibus digladiantur.  
Ita enim in præliminariis statim suffocantur bona princi-  
pum instituta, & fit, ut indies præter necessitatem Controver-  
sie multiplicantur. Tutijs & utilius videtur agi, si Scripta pu-  
blica publico edantur titulo, Paradoxa & latibula eorum, qui-  
bus tacitus in nostras irrumpere satagunt Ecclesias, delegan-  
tur, ut nemini non colligere sit, quantum de fraternitate illo-  
rum nobis promittere debeamus. Pensid omnino habuit hic  
loci Laudatissima & Amplissima Facultas Theologica, cum in  
vicina Francofurtensi Academia novus talis Irenopopta Rei-  
chelius exsurgeret, & orthodoxorum inibi Ecclesie Doctorum  
persequutione, Elenchi adversarie doctrinæ inhibitione tale  
quod

quod in fundamento fidei larvatum scriptum ederet, quo solum id praetextibus suis nefariis agebat, ut vel plane nullū, aut tamen exiguum Religionis inter Nos & Calvinianos discrimen, ad semper decantatam fraternitatem inculcandam imperitorum animis ingeneraret. Hinc de auxiliari opera ferenda vicino nostro merito cogitabat, & meis, ut ut pro ingenij tenacitate tanto labori expediendo impar eram, manibus nihilominus concredebat, quas quoq; haud sine Celsitudinis Tuæ nutu Princeps Celsissime adbibebam, cum DEO postea consummabam.

Superest nunc ut exiguum hoc mee opera Celsitudinis tuæ tutela, si meretur, commendem: Neg, enim exullo magorem sibi polliceri poterat tranquillitatem animus humillimus, neq; aliunde soliaius sperare patrocinium. Accedit privati non men meum, cuius gratitudo postulat, ut aliquod in Tuam Celsitudinem de voti animi extet mnemosynon. Quippe non sufficiebat Illustrissima Celsitudinis Tuæ pollicitatio, ad quemlibet subinde promovendorum studiorum numerum & occasionem, è Clementiæ Tuæ penu quam largissime derivata; certè obsignanda adhuc erat, illa tessera augusta splendidoq; promotionis Academica beneficio, quâ, quo dimitterer, & hanc tanquam Illustrissima Tuæ Clementiæ & favoris, in me servum Tuum Testaticem reportarem, à Pl. Reverendâ Facultate Theologicâ auxilium & opem serio cupiebas. Tantum & tam rarum hoc erat beneficium, quantum ex Illustri Tuæ beneficentia, vix alius sperare poterat; Patiare itaq; demisse precor, ut non secus atq; flumina ad mare, ita ex Illustri Tuæ concessione ad Tuam Serenissimam Celsitudinem gratitudo hoc ex quo apophoreto revertatur.

Tandem, quod Ecclesie præclarum in emolumentum vergat,


gat, etiam Tuæ Serenissimæ Celsitudini ex meo, quem  
nunc illi debso affectu, Silesiam & imprimis inclutam metropo-  
lin Vratislaviam commendō, cui, ut à modo ita post fave-  
bis, pressum atq; afflictum Ecclesie illius statum pio & clemen-  
ti animo adspicies, quodq; ad sinceræ religionis conservationem  
atq; propagationem ulterius facere videbitur, præsertim hoc  
Comitiorum Augustissimorū tempore, ubi à Serenissimâ Tuâ  
Celsitate magnum sperat patrocinium, clementissime tenta-  
bis. Sic Tua Laus perennis erit Tibi, nosq; quos Ecclesie illius  
Vigiles fecit Deus tanti beneficij memoriam ex animo nun-  
quam abjecturi, Deum imprimis ardentibus precibus fatiga-  
bimus, ut supremus ille Monarcha, qui Serenissimam Celsi-  
tudinem Tuam hactenus melioribus semper fatis voluit su-  
pereesse, Christianæ Reip. commodis Eandem & quam diutissi-  
me porro jubeat præesse, post sera fata tandem beatis Majo-  
rum animabus aggregari.      Scripsi in urbe Witteberga  
d. 24. Jan. anno ab ortu Redemptoris M. DC. LIII.

## SERENITATI TUÆ

ab humillimis precum & ob-  
sequiorum servitiis

CHRISTIANUS VVEBERUS

Theol. Licentiatus



I  
I unquam alia, gens Calvinistica,  
heterodoxiam suam, dolo atq; stratagematum  
artificiis, propagare omni contentione studuit,  
ut non minus nervosè, quām succinctè, fidei  
Calvinianæ principium, *dolum bonum*, dixerit  
*B. Hutterus in Iren. contra Paræum pag. 444* Si-  
ve enim antiquorum è farragine stratagema-  
tum repetas artifacia, sive modernorum videoas vestigia, in eo o-  
mnes conspirare dixeris, quod ad probatos nostros, & Symbo-  
licos libros, ( qui tamen ipsis nihil minus quām probati sunt )  
uno ore semper provocent, & sub lingua Lutheranâ Calvini-  
sum foveant.. Edidit negotii hujus specimen insigne *Beza*,  
postquam in *Colloquio Possiaceno*, Anno 1561. art. X. A. C. dolo-  
sè subscribere in animula sibi induxerat, attestantibus, vel ipsis  
ejus complicibus & imprimis Discipulo *Riveto in Ναλύσι cont.*  
*Grotii scriptum. post h. p. 20.* quem dolum postea in edendis *Syno-*  
*di Roschellensis articulis*, ad vivum refecare non est veritus; quo-  
de, quemvis acta Synodi prolixius edoceant.. Si *Zanchius*,  
quem Asseclæ Augustanæ Confessioni γνωσίως addictum cre-  
pant, in exemplum trahendus esset, posset is de suo plus quām  
surreptitio Spiritu efferre, in *Epist. ad Landgravium Hassiæ d. 5. O-*  
*ctober. 1561. tom. 1. misc. p. 35.* se confessioni hanc juxta sensum, quem  
Author, sed quem *Ipsius intenderat*, subscriptissimè.. Quod si vero  
ita demum nomen dare alicui confessioni convenit, ut ei, qui  
modo possit, sensus affricetur, quid est, quod impio Judæorum  
Talmud quis subscribere vereatur, observatâ hâc limitacione,  
si arcano eoq; proprio & genuino sensu intelligatur, sanæque  
doctrinæ nil quicquam detrahatur? Neq; tamen aliud no-  
bis hactenus paciscendi studium probarunt *Fratres Cadmæi*, (pa-

B

tian-

tiantur verò hoc mage titulo, quām alio *Reformatorum* nomine, inconvenienter insigniri, utut aliàs succenseant, imprimis *Embdani cont. Hun. p. 17.* & *Duræus in apost. dissert ad Dn. D. Hulsem.*) si me paulò largius hīc locutum, fratres hi putarent, rei fidem faciant, in Anglia *Mortonus*, *Davenantius*, *Hallus*; in Scotia; *Scarpus*; in Polonia; *Fratres Bohemie*, *Lesnenses* & alii; in Belgio *Leidenses*, *Franequerani*, *Gröningenses*, *Ullrajectini*, *Waleus*, *Maccovius*, *Maresius*, *Diestius*, *Voetius*. In Germania *Palatini*, *Heidelbergenses*, *Bremenses*, *Marchiaci*, *Anhaltini*, *Pareus*, *Altingius*, *Grocii*, *Bergii*, *Steinius*, *Massonius*, *Wendelinus*, quorum Phaleræ ac præst gīx in propatulo sunt, & rectè hujus nomine ab *Excellentissimo Dn. Præside in prefat. tract. de Pers. Chr. accusantur*. Sicut autem juxta *D. Ambrosii effatum*. *I.i.de fid. Orthod. cont. Arian. c. i. ejusmodi hominibus nil est periculosis, quām qui malorum virus per bona nostra subinde diffemiant*, ita optandum foret, ut vel tandem aliquando ab ineptâ circumveniendi consuetudine desisterent, aut lingvâ & mente protus orthodoxi, in castra nostra pertransirent; ne tot hominum innoxiae mentes, in vada atq; scopulos delatae, à regiâ veritatis viâ penitus abducerentur. At quid hodienum hujusmodi farinæ casibus & exemplis crebrius? Prodiit non ita diu tale quod, in fundamento fidei consensus, larvatum & fucatum *Schemma Friderici Reichelii, Professoris, in Confinio Academiæ Vadianæ Theologici*; quod cum esset specioso, sed fucato titulo exornatum, facile cujusvis obvii oculos, & aures occupare poterat. Inscriptio quippe facta est de *consensu & dissensu Protestantium Evangelicorum seu Reformatorum & Lutheranorum in causa Religionis*, dum interea id agit malæ fidei Professor, ut simpliciorum animis hoc glaucoma offundat; per exiguum omnino interesse inter nostram & Reformatorum doctrinam, tanti non censendum, ut ob apices hos minutos animi distrahantur atq; separentur. Quamvis autem nulli in hac Academiâ nostrâ Wittebergensi dubitemus, quin, quotquot sanæ fidei innutritos teneat strictus ibi, omnia sylvestrem avenam facile judicarint, Doctores etiam illius Academiæ & Ecclesiæ γνῶσις Orthodoxo-

3

thodoxi nil intentatum relicturi sint, quod ad evellendum ani-  
mis simpliciorum virus faciat; attamen nostrarum quoque e-  
rat partium, Vicino, quoad ejus fieri posset, operam auxiliarem  
nostram præstare, insidias bono publico structas, publicè dete-  
gere, nec committere ut fur & alienus, hoc ovile Christi impune  
perturbasse videretur. Quocirca visum est propudiosis hisce  
foliis, veritatis jubar opponere & Adversarium κτι πόδα, quod  
ajunt, in seßtando, duabus vicissim positionibus, quæ quasi pro-  
ra sint & puppis totius meletematis, ostendere.

I. Non exiguam esse *Lutheranorum & Calvinianorum*,  
in plurimis, iisq; præcipuis fidei Christianæ capitibus, etiam iis in  
quibus juxta *Colloquium Marpurgense, Lipsiense, & Collationem*  
*Catechesum*, convenire putantur, dissonantiam.

II. Lutheranos atq; Reformatos non saltem in tribus, iis-  
que levioribus & minus fundamentalibus (ad hanc restrictionem  
enim expressè provocat Adversarius in επιμέτρῳ) sed multis aliis  
præcipuis, iisq; fundamentalibus dissentire. Quæ theses etsi  
non usq; adeò discrepare videantur, placuit tamen, cum Dispu-  
tationem Francfurtensem sequamur, easdem distinctè enuclea-  
re, ut quæ in medium adducta sunt, ordine in examen revocari  
possint.

## JOVA JUVA!

### DE PRIMO.

§. I. Cum Adversarius *Lutherinos* atq; *Reformatos* in  
plurimis ac præcipuis Christianæ Religionis capitibus conser-  
tire dicit, id agit, ut tantum esse inter utrosq; de rebus creden-  
dis, & articulis fidei, consensum evincat, vi cuius & possit & de-  
beat inter *Lutheranos & Calvinianos* communio spiritualis, seu  
fraternitas mystica, in Christo colli eaq; in causa, tribus potissi-  
mum *Fundamentis* innititur.

Primum petit, à consensu in *Colloquio Marpurgensi*, Anno 1529. Ratio prima  
Marpurgi, sub auspiciis Illustrissimi Hassiae Landgravii Philippi in-  
stituta. Nam cum hic Lutherus atq; Zwinglius unà cum aliis

*Summa Frāz  
cofurtensis  
Disputatio-  
nis quoad  
membr. I.*

*Marpurgen.* Theologis eruditis convenissent, de Articulis Christianæ fidei si, petita. inter se collaturi, in locis de S. S. Trinitate, de Incarnatione, de Persona Christi, de Peccato Originis, de Fide Justificante, de Efficacia verbi, Sacramentorum, & Ministerii Ecclesiastici, omnibusque omnino aliis, uti putat Adversarius, unanimes fure; in unico illo Articulo, de Eucharistia, & non tam in Articulo de Eucharistiâ, quâm de quæstione illa, ad Eucharistiam referenda: An videlicet verum corpus & sanguis Christi in pane & Vino cœnæ Domini corporaliter præsentia sint? in diversa abierunt.

*Responsio.*

§. 2. Hoc verò crambæ est, è culina Paræi, & aliorum antiquiorum Reformatorum surrepta, quam Adversarii non bis, sed toties recoqvunt, quoties suæ causæ fucum facere allaborant. Vanitas autem ejus patet.

i. *E colloquii Principio & Scopo.* Hunc Lutherus tom. 8.

*Colloquit  
Marpurgen-  
sis scopus.*

Jen. p. 124. hisce exprimit: Es ist wahr / funfzehen Jahr sind es / daß zu Marpurg Zwingel und Decolampad / und wir etliche zusammen kommen / und uns vertragen in vielen Artickeln / die ganz Christlich sind / wie der gedruckte Zedel zeuget / aber im Artikel vom Sacrament bleibets stecken / also daß wir sonst solten gute Freunde seyn / damit das scharffe Schreiben gegen einander ruhen möge / ob Gott mit der Zeit durch unser Gebet wolte hierin auch einträchtigen Verstand geben / und ich zimliche Hoffnung hatte / weil der Zwingel und die seinen / so viel guter Artikel nachgaben. Non absimili scopo loquitur Philippus Tom. 4 oper. Lutheranorum; Enimverò, ut majora disfidia & surba averterentur, visum est, articulos aliquot consignatos in publicum edi; & in litteris ad Job. Saxonie Electorem: Certos articulos conscripsimus, ut ulteriores errores, quantum fieri posset, precideremus. Scopus itaq; colloquii non fuit, ut in Christianæ Religionis capitibus, manente sententiarum discrepantia,

Syncre-

Syncretismus aliquis iniretur, ac dissentientium animi compo-  
nerentur; talis certè scopus nunquam ex actis Colloquii  
Marpurgensis demonstrabitur. Sed, quò dissidiis subinde  
crescentibus, ob exponeretur, & via, quoad ejus fieri posset, ad  
ulteriora, imò fraternitatem, atq; concordiam colendam ster-  
neretur; spes siquidem affulgebat mali tandem aliquando ra-  
dicitus extirpandi: *Damit diese scharffe Schreiben gegen  
einander ruhen möchten / ob Gott mit der zeit durch unser  
Gebet hierlein auch einträchtigen Verstand geben wolle ic.*  
Tam altas enim egerat radices altercandi hæc libido, ut malo  
semper longius serpente, fidei fortuna per Zwingianos, in a-  
cie novaculæ quasi constituta videretur; Ad remedendum  
itaq; malo, opus erat charitate, non fraternitate, inquit *Luthe-  
rus in Epistola ad Jacobum Præpositum Bremensis Ecclesiæ* (tum  
temporis Orthodoxæ) *Pastorem*, & quod citata è Lutherò for-  
mula vult: *Daß wir sonst solten gute Freunde seyn.*

Argumentum ergò Adversarii nostri primò hoc nomine la-  
borat, quod falso supponat, Marpurgense Colloquium eo po-  
tissimum fine, sub Auspiciis Illustrissimi Hassiæ Landgravii Phi-  
lippi esse institutum, ut *concordia fraterna*, seu *quoad religionis  
Christianæ capita*, consensus iniretur; si verò de aliâ, quâm my-  
sticæ ac spiritualis in Christo communionis fraternitate loqui-  
tur, in ipsâ statim januâ aberrat, turpemq; ignorantiam Elenchi  
committit.

*Ratio Adver-  
sarii i. proce-  
dit ex falsa  
hypothesi &  
fallacia se-  
cundum non-  
causam ut  
causam.*

§. 3. Vanitas argumenti porrò apparet è colloquii Obje-  
cto, circa quod notamus: in colloquio nonnulla saltem, & quæ  
præcisè controversa non sunt, acta & transacta fuisse; maximè *Colloquii*  
in his, ubi *Zwinglius* veritati locum concesfit, & errores pristi-  
nos reprobavit, utpote in articulis sequentibus de *peccato origi-  
nis*; circa quod *Zwinglius* periculosè docuerat; illud in exter-  
nis saltem malis actionibus consistere, de *Ministerio Ecclesiastico*,  
seu *verbo & usu Sacramentorum*; sine quibus *Spiritum San-  
ctum dari ac donari putarat*; de *SS. Trinitate*; de qua & po-  
tissimum *Divinitate Christi periculosis in Ecclesiam phrasibus in-*

vectis, non aliter ac Judæi, loqui consueverat, & tandem etiam de *Justificatione coram Deo, seu fide justificante*, cui in actu justificationis bona opera perverso nimis animo exequârat: Et hujus quasi *αλληγόρητος rationem* hanc *Philippus reddit in cōtraad Job. Elect. Sax. luteris*: quod videlicet in nullo præprimis controverso, arenâ suâ cedere voluerit Zwinglius; hinc ne actio prorsus infructuosa esset, certos quosdam articulos (inquit) de aliis quibusdam rebus conscripsimus, ut ulteriores errores, quantum fieri posset, præcideremus.

*2. Laborat fallacia à dicto secundum quid ad dictum simplificiter.*

Argumentum itaq; Adversarii nostri, è Colloquio Marburgensi defumptum, laborat secundò *Fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter*; quod enim de paucis & ferè primariò non controversis fidei articulis valet, id ad omnes in universum extenditur, adeò ut excipiatur unica saltem ad articulum de Eucharistia referenda quæstiō: An verum corpus & sanguis Christi in pane & vino Cœnæ Dominicæ corporaliter sint præsentia? ubi quasi *ως ἐν παραγόδῳ* impudentiam Disputatoris Francofurtensis taxare necessum habemus, quod hanc unicam quæstionem in colloquio difficultatem peperisse, clamiter. Nonne articulus de Persona Christi, si quisquam alias, obstitit, quo minus dissidentium animi coaluerint.

*3. Est destrutiva suis ipsius.*

§. 4. Tertiò propria vineta cædit Adversarius, dum fateatur, dissonantiam mansisse, in hac quæstione controversâ, circa Articulum de Eucharistiâ; Hæc enim dissonantia tanti habita est, ut ob eandem B. Lutherus Zwinglio & Complicibus fraternitatis dexteram denegarit, quod ex actis Colloquii luculentius est, quam ut negari possit. Et qui cæteri Fidei Articuli rectè sibi constare poterunt, manente in istâ quæstione, dissonantiâ & difficultate? Nonne hoc: An verum corpus & sanguis Christi in cœnâ Domini corporaliter sint præsentia? cognationem alit, cum articulo, de Personâ Christi, ut si in illâ cum Zwinglio aberraveris à vero, in hoc per omnia orthodoxus censi minime queas? Nonne propterea in colloquio saniorem ejusdem explicationem omnino respuit gens Zwingliana, quod cum proprietatibus veri atq; humani corporis pugnare videtur

7

tur, quod certè non aliunde, quām ex Articulo de Personā Christi poterat decidi; quo de audiamus Philippum, in Summā Colloquii pag. 641. Alterum Zwinglii argumentum, ex ratione ductum erat: *Unum corpus non posse simul in diversis locis esse*: Sed corpus Christi esse in cælo &c. De hoc argumento longa rixa fuit. Lutherus ajebat, rationem humanam non debere, nec posse, omnipotentiam Dei judicare. Cinglius dicebat, Deum non proponere nobis talia credenda, quæ prorsus comprehendendi non possint. Tales ineptæ voces ei excidebant, cum tamen doctrina Christiana multos incomprehensibiores & sublimiores articulos habeat, videlicet, quod Deus homo factus sit, quod hæc persona, Christus, qui verus Deus est, mortuus sit.

Quod nec ipse Reichelius diffitetur, cum Thes. 2. largitur, unum horum ex altero manare, quando quæro: An Verum Corpus & Sangvis Christi in pane & vino Cœnæ Domini, Corporaliter sint præsentia? &, an Verum Corpus Christi adiasatwæ, seu secundùm instantiam loci sit ubique? Ubi sui quasi oblitus Reichelius videtur, tantisper dum aliud quæstionis istius fundamentum & Articulum, è quo petenda sit, digito monstrarit; desudet interea loci in eo: Nos huc abimus, Ei faltem verba opposentes, quæ in proterviam Alterius scripserat B. Hutterus in Concord. c. 45. p. 317. Sophistam egregium agit Helvetius (Reichelius) scribens: in Colloquio Marpurgensi inter Lutherum & Zwinglium sumnum consensum reprehensem fuisse, in omnibus capitibus Religionis Christianæ, excepto eo, quod est, de Cœna Domini: Existimasne Hospiianæ (Reicheli) omnem recordationem Historiæ superiorum annorum animis hominum efflaxisse? Edissere vero tu nobis; an in illo colloquio plane nulla disceptatio de Persona Christi fuerit instituta? an non Zwinglius & Socii idem veram ac realem præsentiam corporis Christi in sacra Cœna impugnarint, quia nimirum ea pugnare videretur cum proprietatibus, veri & naturalis corporis humani, quod simul in cælo & terra esse non posse? Annon hoc ipso argumento in colloquio illo usus sit Zwinglius, referente Philippo in Ep. ad Electorem Saxoniae Johannem &c. Annon cum ad hoc Argumentum respon-  
disset

disset Lutherus ; rationem humanam non debere nec posse omnipotentiam Dei dijudicare ; Zwinglius in hanc impiam, & Christiano homine indignam vocem eruperit : Deus non proponit nobis talia credenda, quæ ratione comprehendi non possunt? Erubescisse Hospiniane (Reicheli)? Certè, si mica pudoris & honestatis in te est reliqua, quin te putidisimi mendacij piceat, peniteatque, nullum mihi dubium est. Sic ergò Authores Apologie Concordie verum scripserunt : jam cum Sacramentariis de Persona Christi contendisset.

**Colloquii  
Marpurgen-  
sis forma &  
modus.**

§. 5. Non minus Reichelius, quartò contra formam & modum colloqui peccavit. Forma quidem tum in Lutheri constantiâ, tum in Zwinglii Palinodiâ deprehenditur. Lutherus etenim cum suis Parastatis in omnibus ac singulis, quæ prius contra Zwinglium & Carolstadium voce atq; calamo defendebat, immote perstabat. Und bestand also Luther auf seiner Meinung. Dicit Philippus Melancht. tom. 4. Gen. Germ. Luther. p. 468. B. ubi p. 468. A. ubi simul hæc leguntur verba : Als nun die öffentliche Unterrede ward angefangen/ zeigte Luther an das die Noth erforderete/ von der ganzen Summa Christlicher Lehre mit ihnen zureden / denn man finde in Zwingels Schriften viel Irthum ; so hetten sie auch wenig de Justificatione gelehret / dass zubesorgen dass sie nicht viel vom Evangelio wissen. Zum andern protestirt Luther/ dass er wüste dass er vom Sacrament recht geschrieben / wolte auch daben bleiben ; so aber Oecolampad und Zwingel vermeinten/ etwas aufzubringen wieder die Warheit / das wolte er anhören/ und wiederlegen. Palinodiam vero Zwinglii & cum hoc Oecolampadii, confirmant, Philippi Melancht. ad Jo-hannem Saxoniæ Electorem, hunc in modum conceptæ literæ : Primo illustrissimus Hasfiae Landgravius mandavit ut D. Martinus cum Oecolampadio solo, & Philippus etiam cum Zwinglio solo colloqueretur. Hic propositum fuit. : Nos præter articulum de cœnamultos alios in ipsorum doctrina improbare, de quibus etiam con-

9

conferri oporteat: v.gr. quod Zwinglius scripsit: Nullum esse peccatum originis. Secundo in Articulo Ecclesiastico, sive verbo & usu Sacramentorum, graviter hallucinantur. Tertio: Rumor increbuit de Argentienensibus, quod de Trinitate non recte sentiant. Quartò: incommodè etiam loquuntur & scribunt, de hominis justificatione coram Deo, & doctrinam de fide non satis inculcant. De his articulis tunc temporis, quantum fieri in illa festinatione potuit, à nobis institutisunt, & quò plura de iis audierunt, eò magis institutio nostra placuit: In omnibus etiam his capitibus cesserunt, quamquam antea aliter de ipsis scripsissent. Et hæc immota Lutheranæ doctrinæ veritas atq; puritas, Zwinglium etiam permovit, ut cum deputatis, per integrum hoc tempus Orthodoxos, summâ semper animi veneratione complexus fuerit, primas etiam in subscribendo, & aliis, Luthero libenter dederit; quamquam hæc Antesignani sui modestia *Reichelio* invisa sit, dum sibi atq; suis, nimis audacter & superbè primas vendicando, Thrasoneo Reformatorum nomine, utramq; paginam subinde inchoat; possumus autem hunc inanis honoris pruritum homini facile condonare. Hoc notamus saltem; non talem inrer Lutherum atque Zwinglium transactionem esse fingenendam, quæ utrāq; parte de sententiā remittente in tertiam, quæ nec ex toto Lutheri, nec ex toto Zwinglii, conflata sit, qualem quidem Adversarius in thesibus somniare vīlū est, efficto parili & æquali utrorumq; per omnia consensu, cæteris Calvinianæ scænæ non inservientibus, astutè tectis & omissis.

§. 6. Quintò tandem è colloquii eventu atq; fine. controversia facile lopit. Finito quippe hoc colloquio, Lutherus Sacramentariis, assensum in articulo de Cœna non præbentibus, concordiam & fraternitatem prorsus denegavit, saltem dilectionem christianam non detrectavit. Quod è Philippi letteris ad Johannem Saxoniæ Electorem, itemq; Tom. 4. Gen. Luth. p. 470. rursus manifestum est: ubi inter alia Lutherus in hæc erumpit verba: Quanquam verò nos, an Verum Corpus & Sanguis Christi in pane & vino sit corporaliter? hac vice Concordare non potuimus: tamen qualibet pars alteri Christianam dilectionem

4. Commit-  
tit fallaciam  
ignorationis  
Elenchi.

5. petit, prin-  
cipium.  
Colloquii  
Marpurgen-  
sis finis & e-  
ventus.

Zwinglius,  
quales post  
colloquium  
errores re-  
forbuerit.

nem (quantum quidem cuiusq; fieri potest) præstabit, & pars u-  
tragi Deum omnipotentem assidue orabit, ut nos per Spiritum San-  
ctum in vero sensu confirmet, Amen! Econtra Zwinglius, dum  
in articulo de cœnâ veritati cedere nolebat, coeteros simul er-  
rores, quos tamen antea abjecisse videri vellet recoquebat, &  
denuò defendendos suscipiebat; uti quidem acta publica te-  
stantur. Anno profecto subsequente statim 1530. In Confes-  
sione Carolo V (quam Johannes Jacobus Grynæus dignam cen-  
suit, quæ Basileæ Anno 1590. recuderetur) Zwinglius disertis  
verbis iterum negat, cœpit: peccatum originis verè & propriè  
esse peccatum: sic resorpsit errorem de Sacramentorum usu, in  
eadem confessione scribens: Credo, imo scio, omnia Sacramen-  
ta tam abesse, ut gratiam conferant, ut nè afferant quidem, aut dis-  
pensent. Recoxit etiam errorem de Baptismo, prius revocato,  
quando in eadem confessione pergit: Non datur fides Baptismo,  
& vicissim: Baptismo Ecclesia publicè accipit eum, qui receptus est  
per Gratiam. Non ergò gratiam ad fert Baptismus. Et de hoc  
plusquam canino Zwinglii ad vomitum reditu Lutherus in Epi-  
stola ad Jacobum Prepositum verba digna, quæ integrè huc re-  
vocentur, fecit: Quod Sacramentarii jactant, me esse Marpurgi  
victum, faciunt more suo; sunt enim non solum mendaces, sed  
ipsum mendacium, fucus & simulatio: quod testantur Carolstan-  
dius & Zwinglius ipsis factis & verbis suis. Vides autem Marpurgi,  
hos revocasse in articulis positis ea, quæ de Baptismo, Sacramen-  
torum usu, similiter externo verbo, & alia, quæ hactenus editis li-  
bris pestilentè docuerunt; nos nihil revocamus: At cum victi es-  
sent etiam in Cœnâ Dominicâ, noluerunt revocare hunc articu-  
lum, etiamsi viderent se non subsistere. Metuebant enim ple-  
bem suam, ad quam non licuisset reverti, si revocassent, & qui ob-  
secro non vincerentur, cum Zwinglii unicum & totum argumen-  
tum fuerit: Corpus non posse esse sine loco & dimensione; cui ego  
ex Philosophia opposui; ipsum cælum esse naturaliter sine loco tam  
magnum corpus, nec dissolvere potuerunt. Oecolampadii vero  
fuit unicum argumentum: Patres appellant signum; Ergò non  
est corpus ibi. Multis vero verbis premiserunt, se velle nobiscum

catenus

eatenus dicere, Christi corpus esse veraciter in Cœna præsens, (ut spiritualiter) tantum ut ipsos fratres appellare dignaremur & simulare ita concordiam. Hoc quod Zwinglius palim lacrymans coram Landgratio & omnibus rogabat dicens: Es sind keine Leute auf Erden/ mit welchen ich lieber wolte einig seyn/ den mit den Wittenbergern/ summo studio & contentione egerunt ut viderentur nobiscum concordes, ita ut hanc vocem nunquam ex me possent ferre: Vos habetis alium spiritum quam nos. Ardebant toti, quoties haec audiebant. Tandem id concessimus, ut Articulo ultimo ponitur, ut fratres quidem non essent, sed tamen, charitate (quæ etiam hosti debetur) nostra non destituerentur. Ita indignissime affecti sunt, quod fratris nomen non potuerint obtinere; sed pro Hereticis discedere, tamen sicut pacem iterum haberemus mutuis scriptis si forte Deus illis aperiat cor: Securè narabis, si ego sum Christus predicator, immo si Christus est veritas, haec etiam vemi scribo, ut habeas, quod mendacibus, si nolint acquiescere opponas. Quo spectant, quæ Philippus ad Lutherum de Helvetiorum Confessione, verba, facit: Zwinglius misit huic confessionem typis impressam. Diceres simpliciter mente captum esse, de Peccato originati, de usu Sacramentorum, veteres errores planè renovat. De Ceremoniis loquitur valde Helveticè, hoc est, Barbarissime, velle se omnes ceremonias esse abolitas, suam causam Deductio de cœnâ vehementer urget &c. Eat nunc acerrimus Defensor hujus argu- Zwinglii, Reichelius, & ab hoc colloquio Marpurgensi; con- menti, latior sensum fidei petat, atq; invchat; eat & exploret suam, allorum- & fusior per que Syncretistarum mentem: Num hodiennum hanc confes- sionis formulam quam è Chytræo descripsit, amplectantur. formulae cō- Deprehendet mea firma sententia, facta accuratori inquisitio- sensus Mar- ne, uero Phryætv solemne.. purgensis

§. 7. Quibus accedit, quod Zwingiani atq; Calviniani, sub sequentium ætatum atque temporum in Articulis Marpur- matorum gi conciliatis, haudquaquam acquieverint, quin potius Zwin- modernorū glii errores, postliminio, ab ipso revocatos, palliare, incrustare, imprimis cō- propugnare, magno molimine fategerint, atq; in hunc usque fessionibus C. 2 diem & scriptis ut

*specialiter  
appareat,  
quam fru-  
stra oppona-  
tur Formula  
consensus  
Marp.*

*Non enim  
consentunt  
nobiscum  
circa For-  
mulæ con-  
sensus Marp.  
cap.i.de Deo.*

*Calviniani  
nequeunt  
provocare  
ad Concili-  
um Nice-  
num.*

*Calvinismus  
via est aper-  
ta ad Atheis-  
mum.*

diem satagant, eosq; novis subinde erroribus (fœcundi enim solent esse errores) adauxerint & locupletarint. Unde tanto graviora sententiarum enata divortia, Ecclesiarum schismata, tantoq; difficilia reddita conciliationis & concordiae consilia. Quod ne frusta in aurem insusurasse, Reichenlo videamus, agedūm in specie consensus formulam, ad quam tantoper provocat, inspiciamus.

Primum ejus caput est: *Quod utring unanimitè eredi-  
mus & sentimus, unicum esse verum naturalem Deum, Con-  
ditorem omnium creaturarum, unum in essentiā ac natura,  
Trinum in Personis, videlicet, Patrem, Filium, & Spiritum  
Sanctum, Prorsus, sicut in Concilio Niceno decretum est, &  
in Symbolo Niceno, passim in totâ Ecclesiâ Christianâ, canitur  
& legitur.*

Ante omnia mirari subit hic, quâ fronte Reformati tām confidenter ad Concilium Nicenum provocent, quod in dubium vocavit atque exagitavit Promachus eorum, Calvinus, ut Andreas Dudithius in Epist. ad Johannem Lassitum observat, hæc ejus adducens verba: *credibile non esse, cum sancti Patres quam máxi-  
mā possent brevitate, complecti vellent, formulam compositam  
ex rebus imprimis necessariis lusisse supervacuo verborum circui-  
tu, verbis autem istis, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum ve-  
rum de Deo vero, Battologiam inesse: ut magis carmen sit can-  
tilando aptum, quam formula confessionis, in quâ Syllabam unam  
abundare absurdum est.* Taceo, quod lib. i. inst. c. 13. Sect. 5. Nomina Trinitatis & imprimis ἐποστολας sepulta optarit Calvinus. Neque id disimulandum est, quod plurimi eorum ē Calvinismo in Atheismum, vel Arianismum sint prolapsi. Non adducam, quod Gretserus in *Epistola de sectariis*, qui adversus primam Illustriss. Cardinalis Bellarmini controversiam, de verbo Dei, scripsierunt, præfixa oper. Bell. Edit. in fol. Colon. Anno 1628. observavit Franciscus Junius (Quem tamen Johannes Crocius, Deitatis Christi acerrimum defensorem appellat, in Comm. A. G. p. 413.) fatetur, integro biennio se fuisse Atheum, ante-

antequam Calyinismum complectetur; ubi simul addit: Bonam parasceven ad Calvinismum οὐθεότης esse, sicut vicissim ad hanc illam: De Beza è Genebrardi præfatione in Ps. idem producit elogium: Beza, inquit, ex Atheismo in Calvinismum transiit; Beza ex Calvinismo ad Atheismum rediit; Nota est Historia de Adamo Neussero, Ecclesiæ Heidelbergensis Pastore Primario; Is in Arianismum prolapsus, sequentia verba suâ manu scripta dedit Constantinopoli, D. Stephano Gerlachio, Concionatori Aulico: Nullus nostro tempore mihi notus factus est Arianus, qui non ante fuit Calvinista. Servetus Blandrata, Paulus Alciatus, Franciscus Davidis, Gentilis, Gribaldus, Sylvanus & alii. Igitur qui sibi timet, ne incidat in Arianismum, caveat Calvinismum. αὐτοῦ γέρων Neusseri, Gerlachus Tubingam secum attulit, & multis ostendit; Si placet, aures hic adhibeat, Francofurtensis Disputator, suo Prædecessori Pelargo in admonit. de Arian. c. 3. Quomodo, inquit, illi qui Calvini dogmata sequuntur, glossemata ejus mirantur & mordicus tuentur, hoc à cordatis facile obtinebunt, ut nihil operæ vel ad alendum vel colorandum, juvandumq; Arianismum posuisse, unquam credantur? Non hic Calvinum in plurimis Scripturae expositionibus iudicari, non Calvinianos in præcipuis de divinitate Christi locis aegriani, laboriosè ostendam: Non Adami Neusseri, non Blandrata, non Pauli Alciati, Francisci, Davidis, Gentilis, Gribaldi, Sylvani & aliorum faciem è Calvini Schola ad Arianos lapsum & progressum commemo rabo: Ex ipsis Arianorum libris, ubi sua posuerint latibula, ubi parata sibi cognoscant receptacula, paucis referam: tūm, ut constet, quanto cum periculo germana scriptura relinquatur simplicitas: tūm, ut appareat, quam proclivis sit à judicio rationis humanae, & ἴδιογνωμοσύνη, & ad errores teterrimos prolapsio: quam proximus ad Arianismum gradus ille, qui in ἐθελοσσοφίᾳ & speculatione fixus est Calvinistica. Cætera ibidem legere poterit ac simul dispi cere, utrum Antecessori suo, tūm adhuc Orthodoxo, in hoc do cumento satisfacere queat. Nolumus etiam operosè nunc Calvinianorum priva vel Ille privatim finxit & excogitavit: ut potè, quod Essentiale nomen

*contra cap. 1. nomen Dei Jehova creaturis insuper assignandum sit, quod Alstedius & Vorstius Calvinum insecuri, haec tenus constantem do-*  
*form. con-sens. fuerunt; quod inaequalitatem Essentiae divinae statuant, cum*  
*vocem Dei, non πατέρως & aequaliter, sed αὐτίως atq; inaequa-*  
*liter Deo Patri & Filio & Spiritui Sancto, cum Photinianis tri-*  
*buunt, atq; Deum Patrem κατ' ἐξοχήν ita vocant, quo de Vid.*  
*Himm. 3. disp. Calvinism. Thes. 47. & disp. 2. Iren. p. 76. Neque Ke-*  
*ckermannii delirium perstringimus, quo rationes Philosophi-*  
*cas Scripturæ S. in hoc Mysterio demonstrando accommodat,*  
*iisq; primum locum vindicat, quem quoq; postea defendit Johannes Crocius def. 2. Partis Convers. Prut. c. 2. cui tamen frater*  
*juxta carnem unicus & charus Ludovicus contradicit in Syntag.*  
*Theol. l. 3. c. 21. p. 681. Nil de ejusdem Keckermannii, Sohnii, Urft-*  
*nii loquutionibus circa personæ definitionem, incongruè adhibitis,*  
*dicam, quas tamen iterum classicus ille Pacificator Johannes*  
*Crocius excusavit, & Autoritatis patrum, pallio tegere allabo-*  
*ravit defens. 2. convers. Pruten. c. 1. p. m. 12. sed allaboravit: cui*  
*postmodum, quam infeliciter! suppetias Massonius tulit Tom.*  
*2. Anal. p. 560. Quæ & similia, ut jam morosè non urgemus, ita*  
*meritò Disputatores Francofurtenses eadem pensi habere debuissent:* id verò silentio involvendum non est, quod Articulum  
*de Deo uno & Trino, ut in hoc eadem nobiscum sapere vi-*  
*deantur, nihilominus variis modis conspurcent. Nam*

*Calviniano-*  
*rum senten-*  
*tia & effata*  
*publica con-*  
*tra cap. 1.*  
*form. Con-*  
*sens. Marp.*  
*de Deo Trin-*  
*uno.*

1. *Omnia ferè Scripturæ dicta, quæ doctrinæ hujus veri-*  
*tatem exprimunt, pervertunt. Quod cum primis factum à*  
*Calvino, eiq; demonstratum est à B. Hunnio Seniore, ac contra*  
*Hyperaspisten Pareum, solide defensum: Conferatur etiam B.*  
*Gerhardus disp. 5. de Glor. Dei §. 2. ad 9. usq.*

2. *Attributa divina multis modis labefactant. Et licet*  
*forsitan non cum larvato faciant Massonio Tom. 3. Anal. im Eun-*  
*ganæ Deum expertem idiomatum dicente; non multum tamen,*  
*per hypotheses rursus à Gerardo cit. loc. recensitas, abludunt,*  
*quæ planè modernorum est sententia. Quaratur enim de*  
*omnipotentia; Num Deus posset facere, ut unum corpus sit in*  
*pluribus locis? risu dignam eam aestimabunt, quia hanc à*

*Marp.*

Martyre, Beza aliisq; Orthodoxæ parti motam & negatam quæstionem, communem Ecclesiæ Reformatæ, faciunt Embenses. Cont. Hun p.360. Sic & à Domino D. Behmio Seniore P. M. hoc nomine accusati sunt, quod infinitam Dei sapientiam, desipientis suæ rationis regulâ, metiri conentur; perversè negant: Deum modum invenire posse, quo corpus aliquod citra destructionem & annihilationem, extra locum ambientem ponatur; id quod Crocius part.2 Convers. Pruten. p.m. 202. & seq. ægrè quidem tulit, postea verò, in angustias redactus, invitus dare cogitur: Nauci insuper pendent attributum immensitatis & omnipräsentia, quod vel in scriptis, ubi, Dei deprehenditur descriptio, communiter omittunt; (Evolvantur in corpore & Synagmate Confessionum Fidei, Ecclesiarum Reformatarum. Genevæ apud Petrum & Jacobum Cluvetum Anno 1612. impresso; Confessio Helvetica in Art. 3. p. 19. Confessio Ecclesiarum Gallicarum Membro i p. 99. addantur etiam confessiones, Anglicana. p. 125. Art. 1. Scoticana. Art. 1. p. 139. Belgica. Art. 1. p. 163.) vel expressè possum, non ad substantiæ, sed operationis præsentiam restringunt, Beza vestigiis insistentes, qui vol. 1. oper. p. 589. ad Argumentum Brentii respondens, ita loquitur: At enim dicet (Brentius) constat, Patrem & ipsius gloriam ubiq; esse; Concedo, sed ejus tamen, qui cœlum & terram implet, veluti Thronum & sedem in cœlis, cœlis, inquam, illis excelsissimis, tota Scriptura collat. Quà de remirum est ab eo (Brentio) non fuisse expensum locum Tertulliani, quem Martyr ipsi objecit: Scimus, Deum etiam inter abyssos esse, & ubiq; consistere, sed vi & potestate: Et vol. 3. p. 120. se abominari dicit illam in auditam in Ecclesia Enunciacionem: Deum rebus omnibus substantialiter præsentem esse. Immutabilitatem etiam impugnant, quando conformitatem decreti Divini, cum execuzione ejusdem tollunt: Adeas Crocium, part. 2. Convers. Prut p. 319. ubi fatur: Peccatum causa esse non potest quod aliqui sint reprobati: Et statim inspicias defensionem ejusdem partis. p. 296. ubi testatur: Deum neminem damnare, nisi propter peccatum: Quando insuper contrarias voluntates Deo attribuunt, quod Crocius part. 2. Prut. convers. p.

406. expressè fatetur.. Acriter contenditur portò cum Calvinianis, de misericordiâ violatâ ab ipsis, in absoluto Electionis decreto, quod nec *Infralapsarii* rejecerunt, sed potius pro illâ misericordiâ & gratiâ Dei absolutissimâ tâm acriter repugnârunt, ut eam in *Synodo Dordracena Sess. 42. p. 212. Cor & Palladium Ecclesiae* dixerint: Φορπηα hac defensa sunt in *Palatinorum scriptis publico nomine editis omnibusque Reformatorum libris annumeratis, im ausführlichen Bericht. c. 7. p. 317. seq. im furßen Anhang. p. 171. &c.* Taceam, quanto prælitigetur etiam de *justitia & sanctitate* læsâ in Art. de Peccato, hæc enim peculiari statu de sanctitate deduxit, *Dn. D. Wellerus* quò, Benevolum Lectorem remittimus.

*Non circa  
cap. 2. de Per-  
sona Chri-  
sti.*

*Calvinista-  
rum incom-  
modæ locu-  
tiones circa  
divinitatem  
Christi.*

Secundum formulæ confessionis caput est.

*Credimus, non Patrem, nec Spiritum Sanctum, Sed Filium Dei PATRIS, verum Deum, Hominem factum esse, per Operationem Spiritus S., sine virili Semine natum, ex pura Virgine Maria, secundum carnem, perfectum corpore, etiam animâ similem, aliis hominibus sine ullo Peccato.*

Videri voluit his eadem nobiscum sapere Viri Calviniani. 1. Circa Filii Dei divinitatem. 2. Personalem unionem consequenter etiam 3. communicationem idiomatum: Sed non debebant immemores fuisse, quæ inter nos & ipsos in hunc usque diem maximâ contentione agitata sunt. Ne exagitem incommodes locutiones quibus circa Divinitatem Christi, hactenus amarunt uti, adeoq; Arianis maximè favere & ipsis palpum obtrudere, utpote alias à Menzero Tom. Giss. disþ. 9. Thess 12. Gerhardo disþ. 3. de Fund. Consol. §. 61. Disput. 7. de Glor. Dei taxatas & prostratas; Hic proterviam Junii adversus Gmtian. in Exeg. p. 87. & 122. simul ac Keckermann in System. Theol. p. 63. commemorare juvat, quâ Christum Dei Filium è Patris Essentia genitum, expressè negant; quorum ἐγκληματων patrocinium suscepit Crocius, Comm. in A.C. p. 143. quo spectat etiam, generatio equivoca seu Metaphorica, impiè à Molthero asserta quam ne-

scio

scio quo rursus pallio velatam admisit *Crocius in Defens. part. 2.*  
*Convers. Prut: cap. 3. p. 49. seq.*

De Christo, secundum utramque naturam, divinam & Humanam, exaltato publica prostant *Martinij*, aliorumque scripta, quibus in aurem insurramus, Canonem, concilij Chalcedonensis: quod tales in societatem suam abripiat Arius.

Et plura adjici possent, denegatae Divinitatis documenta, nisi hanc egregiè Nostrates, jam tum exantlassent, operam, de quibus hic altum apud nostros Francofurtenses est silentium. Porrò unionis personalis veritatem confiteri volunt, sed quam præsumptuosè atque falsò, affatim ostendit iterum *Gerhardus Diff. 7. de Glor: DEI.* Quibus hæc, è recentiorum scriptis superaddimus *upvσΦηγετα.* Primò formale unionis, ponunt in nudà sustentatione quâ Divina Natura gestet humanam: in quo prolixè sese produnt Anhaltini, in repetit: Doctrinæ Orthodoxæ C. Jacob. Andr. p. 59. refer huc Confessionum verba quibus unionem personalem, per nudam copulationem nudam conjunctionem vel adjunctionem efferunt. Conferatur *Cuchlinus* in *Catech. Palatin. Diff. 45. Thes. 18.* sub his enim suam, sine communione naturarum, nec non idiomatum communicatione, gestationem quin occultent, quis ambigeret? *Crocius* equidem, com. in A. C. p. 398. tam perficitæ frontis est, ut suis socijs hæc impingi cavilletur, quoniam non nudè, sed suâ personâ, *λόγον* sustentare humanitatem dicat: Ita ne verò putat *Crocius*, & qui suum hâc in parte calculum adjecturus, tantum in vocabulo *persona* aut *personaliter* subsidij cōtineri, quo craffissimum errorem suum supprimeret. Jam dudum hoc à *Sadeele* erat præsuppositum; sed frustra: Nullitatem hanc ostendit D. *Gravverus* in *absurd: Calvin: c. 2. p. 118.* & cum nuper *Wendelinus*, Vicinus noster eandem crambem recoxisset, non minus solidè eum refutavit *Dn. D. Scharffus* in *Coll. 1. Anticalv. Diff. 9, Diff. 9. Thes. 19. seq.* Secundo Etsi Divinam & Humanam Naturam in Christo personaliter unitam manere doceant, addunt tameh, totum *λόγον*, post incarnationem, esse *extra carnem*, ita, ut Divina natura, *extra humanam naturam*, à se assumtam, constituatur, sicut

D

habent

documenta  
expresse ne-  
gatæ ivini-  
tatis Christi.

*Unio perso-*  
*nalis à Calvi-*  
*nistis nega-*  
*tur & infrin-*  
*gitur multis*

modis

habent ipsissima verba *Confessionis Palatinae* part. i. Syntag: Confess: p. 201, quod nec sumpitum, nec sibiendum unquam prolixè Communica monstrat, Dn. Præses in aucteo suo, de Persona Christi tractatu, Calvinianis opposito, Disp. 8. p. 226. Tertiò. Negant, τὸν σῶς Θλόγον τὸν Θλόγον, humanæ naturæ, Communicatam esse, quo de suam suorū mītē mentem plenius exponit larvatus εἰρηνοῦπτος Massonius Tom. 2, Anatom: p. 174. ad cuius, cœu accuratum scriptum, aliquoties provocat Joh: Crocius Comm. in A. C. p. 421. & alibi. Sed adversus hanc male fidem, fusè disputant. Dn. D. Wellerus Tom. 2. ad vers. Masson: Disp: 1. Thes. 3. & 4. Dn. D. Præses in citato, de Persona Christi Tractatū p. 275. Controvers. 2. Quarto, in dubium vocant, communionem naturarum, duasque naturas in Christo, inter se invicem incomunicabiles esse, eum Samosatenianis statuunt. Altingius part: 2. Loc. com. p. 510. hoc propugnat theorema: Nihil quod est Essentia divina, rei creatæ communicari potest; collocutores Mompelgartenses Calviniani resp. ad Thes: de Persona Christi p. 205. profitentur: se talem solum admittere unionem, in quâ manent singulæ naturæ per se, citra ullam aliquam communicationem. Admonitores Neo-stadienses c. 8 p. 250 Humanitati Deitatem realiter communiciatam esse iuficiantur. Conf. Walæus Loc. com. p. 699. Maresius nicatio pro part. i. contra Tierinum. p. 213. Quinto, omnem omnino idiomatum communicationem susque deq; habent, & siquæ humanae naturæ concedunt, ea tamen tantum finita sunt, creataque quoad gradum à reliquorum hominum donis, aut numero saltem differentia, pro ut loquitur Cuchlinus lib. cit. Licetq; protestati sint Altingius atq; Crocius: Se tantum effusionem proprietatum quafundam pernegare, contra quam multis rationibus Cuchlinus disputat Disp. 46. Thes. 8. super Catech: Palatin: nil tamen hâc suâ protestatione unqnam efficere potuerunt, quoniam nostratum nemo divinorum idiomatum effusionem, in humanam naturam, est professus: Atque hinc Sexto omnes prædicationes personales enervant, verbales saltem atque tropicas ex ijsdem facientes: adeas Leidenses in Synops. purior, Theol. disp. 25. Thes. 37:

prædicatio  
nes persona-  
les tollunt

Tertius

Tertium formulæ Consensus caput est.

Quod Hic DEI Et MARIAE Filius, indivisâ Personâ Jesus Christus, pro nobis Crucifixus mortuus & sepultus fit, resurrexit à mortuis, ascenderit in Cælum Sedeat ad dextram DEI Dominus omnium creaturarum, venturus ad Iudicandum Vivos & Mortuos.

non circa c.  
III. de gene  
ribus com  
municatio  
nis.

Ad genem Communicationis hæcce spectant. Quibus ita positis, facile quis putaret, nobiscum facere Calvinianos, in doctrinâ de morte, Resurrectione, sessione addexterum & adventu Christi adjudicium. Sed & hic latet anguis in herbâ:

I. Quâ fronte Calviniani verè & ingenuè fateri possunt, Filium Dei pro nobis mortuum, crucifixum esse &c expédatur nemini non infensissima. *αλοίωσις Zwingiana* quam B. Lutherus Diaboli larvam merito indigitat Tom. 3. Jenens. German. fol. 455. Nam per eā, propositiones, Deus est passus, Deus est mortuus: Dominus gloriae est crucifixus &c, non nisi verbaliter efferri putantur, quicquid etiam ogganniant Irenici novelli, Crocius uterq; Altingius atq; Bergij. Haud enim refragatus Massonius Tom. 2. Anatom. c. 4 p. 779. quod in re convenient cum cæteris Reformatæ parti addictis hominibus, Zwinglius Martyr, Simlerus & id quod & ex admonitione Neostadiensi p. 201. manifestius appetet, in quâ stabilitur: Deus passus atq; mortuus est realiter, quatenus homo, nomine tenus, quâ Deus ipse q; L. Crocius, ad quem toties Frater Johannes provocat, in assert: A. C. p. 143. differit: quisungz Passionem ac Mortem non Soli humanæ naturæ adscribunt, sed statuunt, & v. λόγον verè ac realiter passum esse, iij Deitati Christi trahunt mortem Crucis; quam in rem, plures adversariorum tam subtile, quam crassas assertiones, è Neotericiis Irenicorum scriptis aliisque publicis cōfessionibus ac tractatibus, profert Dn. D. Professit. Loc. p. 499. 500. seq. ad Quem eā de causâ tam frequenter pro voce, quod ipsum hunc, de præsenti materia, tractatum è professo Syneretistis opposuisse noverim; Si namq; Job: Crocius fratrem suum unicum tot atque tantis viris ab Assertore Gedanensi Comm. in A. C. pag. 520. opponere potuit majori jure, talem omni seculo Majorem Crocio & socijs, oppono.

cur nequeat  
nobiscum af  
severare Fi  
lium DEI ve  
re mortuum  
&c. pro po  
bis esse

*error circa  
Resurrectio-  
nem Christi*

2. Qua ratione doctrinam de *Resurrectione Christi* sartam, teatamq; nobiscum servare possunt? Negant certè Christo θεαρ- θρωπω secundum humanam naturam personaliter communica- tam esse Divinam Virtutem, quâ se ipsum resuscitare potuit: Ut Polanus lib. 6. Syntag. c. 23. p. 416. Quem adhuc hodie se- quuntur omnes, sicut rursus non obscurè est colligere è testimo- nijs à Dn. Præside citatis, in *Tract: de Persona Christi, controv. 8.* p. 883 seq. scribunt, atq; sanguinem Christi in arâ crucis effusum computruisse, nec in resurrectione assumptum esse, quod Sadeel in indic *Error. Gregor. de Valent: Curæus in Exeg: & quos sequuntur* hodiè Massonius & Crocius defensum eunt. Ita cum de pro- prietatibus glorificati corporis disquititur, de illis nimis tenui- tur philosophantur, invisibilitatem, illocalitatem, atque palpabi- litatem præcisè negantes; adeo, ut Christus clauso sepulchro, resurrexisse putandus haud sit quæ φορτὰ ἀνέσθυατα non tantum apud Heidelbergenses, in *Colloquio Maulbrunensi* pag. 54. sed etiam in *Conversat. Pruten. part. i. problem: 9. p. 561.* haben- tur.

*circa Ascen-  
sionem Christi, in cælum*

3. Qui doctrinam de *ascensione Christi* in cælum sanam atq; orthodoxam jactitare possunt, cum fingunt, Christum locali transitu à nube per orbis planetarum subvolasse & ad cælum Beatorum creatum localiter penetrasse, adeo ut ad extremum usque judicium inibi subsistat, quam longissime ab Ecclesiâ mi- litante, secundum carnem, distans? ut hodiè communis Refor- matorum est sententia.

*Circa ses-  
sione ad dex-  
teram.*

4. In doctrinam *de sessione ad dexteram* impingunt, quando iuconveniens scripturæ judicant, Christum secundum huma- nam naturam ita sedere ad dexteram DEI ut regnet ubique præ- sentissimo Dominio, quâ homö. Vid. Bergium Disp. Analyt: Thes. 246. & 285: quando dexteram, DEI per locum & sessionem, DEI ad dexteram, per localem inhabitationem & inclusionem, de- finiunt, quod faciunt in Confes. Helvet: Syntag: Confes. 1. Art. 2. Quando Christum Cælo capi; atque contineri, afferunt, cum ad- monitione Neostadiensi cap. 3. p. 88.

3. Cir-

5. Circa doctrinam de adventu ad judicium non minus alieni sunt à nobis: Docent enim, in judicio extremo Deum judicatum Autoritativè, Christum hominem vero, tantum exsecutivè; quod est: Humanam naturam ferre suavoce sententiam extremi iudicij, divinam tantum inspicere & manifestare omnium corda atque conscientias dictare atque exsequi sua potentia latam sententiam glorificando electos, ac in poenas abjiciendo reprobos, ut Admonitio Neostad: p. 23. Urgent etiam Terminum a quo adventus ad judicium esse cælum Empyræum, & per id, Christum localiter descensum esse in aërem, quæ doctrina passim teritur in scholis, & Ecclesijs Calvinianorum.

*Quartum confessionis & consensus caput est:*

*Credimus Peccatum originis ab Adamo in nos Carnali Non circa generatione propagatum, tāle peccatum esse, quod omnes homines condemnet, & nisi Christus opem suam, Vitā & morte, cato originis tulisset, eternā morte in eō nobis moriendum fuisset, neque unquam in Regnum DEI & Beatitudinem eternam pervenire potuissimus.*

i. Hic notamus, Zwinglium sententiam suam, paulò post & sequenti anno in quodam publico scripto & Confessione Carolo V. in Augustanis Comitijs, oblata; pessimè retractasse, dum toto Cælo errare profesus est; etiamsi sint non modo magna sed quoque vetera nomina, qui damnationi æternæ solent adjudicare, nunc Christianorum infantes, cum non sint Baptismō tincti.

ii. Υπλόνι fovere possunt sub his verbis Calviniani; credimus, peccatum originis, ab Adamo in nos carnali generatione propagatum, sicut alias sub ijsdem duo occultare solent Syncristæ: videlicet, & quod lapsus Adamiticus necessario impellente DEo fuerit commissus, ut bonum ne cognosci quidem potuisset; nisi malum præcessisset; & quod anima a parentibus in filium per carnalem generationem non traducatur, sed a DEo immediate creetur. Prīus, ut pessimam Zwinglij Blasphemiam redibet, ut putares, eam uno cum Autore sui simul intermortuam,

Zwinglii in-  
constantia  
notetur.

Jucus dete-  
ctus Calvi-  
nianorum  
in hoc cap.

acceptum tamen est à plurimis, & quidē haud privatis, sed extra omnem dubitationis aleam publicis, utpote in casu confessionis confitentibus, in tali, tantoque publicæ Confessionis scripto, cui præ cæteris defertur, confessione nimis *Helveticā posteriore.* Conferatur *Harmonia Confess:* sect. 4. c. 8. p. 68. 69. id quod arripere, & tanquam Communem Ecclesiæ Reformatæ doctrinam proclamare non veretur, *Petrus Molinaeus in Anat: Arminianis.* cap. 3. p. 8. §. 9. *Calvinus in institutionibus,* quas publicis scriptis *Massonius l. 3. c. 33. sect. 4.* accenset, solo Divinæ voluntatis arbitrio inmiseriam decidisse filios Adam putat, & §. 7. Deum primi hominis casum non tantum prævidisse, sed arbitrio quoq; suo dispensasse, contendit, idque post *Synodum Dordracenā* in ipso *Belgio,* ne quicquam contradictibus alijs à *Macrovio* publicè propugnatum fuit, necessarium nempè, fuisse, ut destinareret Deus homines ad peccatum *Loc. Com: disp.* 27. p. 131. *disp.* 29. p. 141. Similes Blasphemiae assertæ à *Theodoro Beza, in Colloq. Mompel.* pag. 525, tract. de prædest. Tom. 1. operump. 412. *Hieronymo Zanchio lib. 5. de Nat. DEI,* c. 2. *Johan. Piscatore prefat. contra Schafra. Martyre,* alijsque qui in *Synodo Dordracena* publicâ præsidis voce celebrati, ceu Venerandi viri Heroës, Cælo Terraque Clarissima nomina Ecclesiæ numina; *Vid. Acta Remonstr.* *Dordr.* p. 144. quorum sententias quod reprobarint Remonstrantes criminis ipsis datum; *Vid. Sentent. Remonstr. defensio* p. 643. Posterius exploratus error est Calvinianorum. Et licet hunc nonnulli, inter quos nomen profitetur suum *P. Molinaeus,* paucilo mitigare satagant. Ita enim inquit, non statuimus, animam rationalem infundi in embrionem, non θυραῖον ἐπιστένω, ut vult *Arist: l. 2. de Gen: Anim: c. 3.* sed putamus, q. DEO in ipsa fætu, & humani corporis rudimenta formari; quicquid tamen sit, non discrepat in eo *Molinaeus* ab ipsa re, seu creatione: quod enim hic de productione seu interiori formatione disputat, non tam *ad rem,* quam modum tantum creationis pertinent, quo modo videlicet, & ubi dextera omnipotentis immediate sese applicet & creet, an extus, creatamque ita extus animam in materiam ingerat; an vero intus, ita ut illa intrinseca creatio infusionem nullam præsupponat, sed illius simul vicem suppleat?

3. Ut-

3. Ut ut alias Calviniani in explicando & determinando peccato originali admodum canti videri possint, eos tamen ex animo nobiscum illud fateri, imò omnibus omnino hominibus, tum, quâ reatum, tum, quâ habitum tribuere nobis persuadere haud possumus; vel ob solam illam, atque tritam Calvinisticam hypothesin, de fœderali Christianæ sobolis sanctitate. Ubi non frustra peccatum hoc, tum, quâ reatum, tum quâ habitum depingi. Pareus n. causæ suæ fucum faciens part. i. explic. catech. pag. 50. obj. 4. Sanctitatem illam, ad duo restringit, nempe ad jus externæ Ecclesiæ, & deinde ad paucos suos Electos, seu aliquos, quod scilicet Deus propter fœdus Abrahamiticum, semper aliquos ex ejus posteris convertere & verà, interna, sanctitate donare velit. Item sancti sunt piorum liberi quoad externam societatem Ecclesiæ i. e. habendi sunt procivibus ac membris Ecclesiæ atque etiam pro Electis & Sanctificatis, nisi adulti suâ incredulitate vel impietate diversum de se testentur. Ubi Pareus duplēm quasi fœderalem sanctitatem facere videtur: alteram, quæ jus quoddam commune ad externam Ecclesiæ societatem innuit, & hucusque orthodoxus esset; alteram, quæ respicit fœderalem gratiam; qua Deus aliquos saltem verà & internâ sanctitate beare constituit. Prior sanctitas relinquit liberis fidelium & habitum & reatum originalis peccati, quo, utroque non obstante, infans habet jus, quod quoq; reprobis commune est: Posterior sanctitas, excludit reatum, ita, ut talis infans Christianus, habitum quidem peccati originalis secum afferat, non vero reatum, quia electus est. Apparet inde, nullam nos injuriam inferre Calvinianis, quando eos in liberos fidelium originalem labem inficiari dicimus. Id quod etiam egregiè prodit Altingius, quando in exeges. A. C. Art. 2 p. 19. sanctitatem illam fœderalem, partim qualitatè, partim, relativè considerat, & ait: Sanctitas non est in prædicamento qualitatis, sed Relationis; Nec habitum Virtutis, sed jus fœderis, ac gratuitam in eo recensionem designat; quibus eadem duo, quæ Pareus supra inculcat, ac si dicat, sancti sunt liberi, illi non per qualitatem naturæ, quasi habitum peccati originis non haberent,

sed

cur & quo-  
modo pecca-  
tum origina-  
le non ad  
mittaut.

*sed per relativam DEI aestimationem, qui refert ac recenset eos in sanctos, nec habitum peccaminosum imputat ipsis, ut peccatum.*

4. Ambiguè accipi possunt verba in Confessione ita posita: *quod* (puta peccatum originale) *omnes homines condemnat*. Liceet enim Calviniani omne peccatum naturâ suâ faciant mortale, quia tamen satis notam, atque satis ipsis alioquin exprobratam, de absolute prædestinationis decreto hypothesin tuentur, hic quoque maculam ἐπερδοξίας contrahunt; ut & in statim subsequentibus verbis, ubi reatum hunc morte Christi, & gratuitâ remissione deleri referunt. Nam quia ex communi ipsorum hypothesi, Christi meritum ipsis tantum executio est, seu medium executivum decreti prædestinationis in solis Electis etiam hic fraudem suam tegere possunt.

*In Sequentibus, Quintò, Sextò, Septimò & Octavo capitibus  
Conversionem & fidem justificantem ita de-*

*Non circa*

*cap: V, &*

*VI. de fide*

*Quintò: Credimus nos à Peccato originis & omnibus alijs peccatis, & ab aeternâ Morte redimi & liberari, cum in Filium DEI, Jesum Christum, pro nobis mortuum, credimus: Nec sine hac fide, per ullum opus vel ordinem, ab ullis peccatis liberari posse.*

*Non circa*

*cap. VII. de*

*Sextò: Quod hac Fides sit Donum DEI, quod nullis precedentibus operibus aut meritis impetremus, nec proprijs justificatione viribus consequi nunc possimus. Sed Spiritus S ubi vult dat & efficit fidem in nostris cordibus, cum Evangelium seu verbum Christi audimus.*

*Septimò: Quod hac Fides sit nostra Justitia coram DEO, propter quam nos DEI S justos, probos & Sanctos reputet, sine ullis operibus & meritis, & per hanc Fidem nos à peccato, raorte, inferno, iberet, in gratiam recipiat, & salvet, propter Filium suum, in quem credimus, & hac fide omnium beneficiorum, Justitiae & Vita Christi participes reddamur.*

*Octavò:*

Oclavo: *Quod Spiritus S. de Vitâ ordinariâ loquendo Non Cap. nemini hanc fidem & donum suum largiatur, nisi precedente. IX. de Con-*  
*Concione, seu verbo Vocali, seu Evangelio Christi: Sed Per, & versione per*  
*cum, verbo vocali operatur, & efficit Fidem, ubi, & in qui- verbum DEI*  
*bus ipsi visum est. Rom. 10.*

Ast. I. de Fide non rectè docent, quia ejus fundamentum Error Calvi-  
 gratiam & dilectionem DEI labefactant, eam non ad omnes, sed nianorum  
 ad paucos aliquos, & quidem absolutè ad vitam à DEo electos,  
 restringentes atrocem quidem criminacionem hanc, Altingius nam de fide  
 vult æstimare & in A. C. art. 4. de Justif. p. 38. ita Colligit; Qui  
 gratiam & Dilectionem DEI & meritum Christi, vel ad quoslibet,  
 h. e. ad cuiusvis ordinis, Conditionis, ac ætatis homines referunt,  
 vel ad omnes electos & credentes restringunt, ij non labefactant  
 fundamentum veræ fidei; sed quid prodest ejusmodi subterfugi-  
 um, in re tam arduâ? num ideo gratia dilectio DEI manent uni-  
 versalis, quod ad quos libet & omnes cuius vis aut ordinis aut  
 conditionis à Calvinianis extendatur? astutam sub pectore vul-  
 pem gerit, & non genera singulorum, sed singula generum in-  
 tendit. Deinde reprehendunt Calviniani Thesin hanc: Infan-  
 tes justificati fide suâ, & in dubium, vocant; usque adeò, ut hæc  
 prædecessorum suorum αὐθεντικὰ accuratiùs perpendens Al-  
 tingius, Cedro digna & scripturæ consentanea appellitet, cum  
 citato loco inquit: spiritum regenerationis ac salutis, qui est Au-  
 tor fidei, nemo denegat infantibus. Sed an Spiritus ille, jam tum  
 ætate illâ infantili in ipsis operetur fidem, quâ com DEO justifican-  
 tur, quidam ambigunt alij disertè negant. Nec immerito: Nam fi-  
 des justificans est notitia & fiducialis apprehensio promissionis gra-  
 tiae de remissione peccatorum. Joh. 17. 3. Act. 26. 18. Infantes vero,  
 nec fiducia illius sunt capaces &c. Bonum factum! itane Spir-  
 itus S. insensibiliter haud potest movere mentem, atque voluntatem,  
 ad apprehensionem Meriti Christi, ut cognoscant & appre-  
 hendant Christum: Voluntaria quidem huc modo dici potest fi-  
 des haud tamen à naturalis voluntatis actu elicita. Sed sufficient  
 hæc ad detegendum fucum. Porrò fidem in hominibus faciunt

E

abso-

absolutam, quam irresistibili voluntate Deum instillare dicitat; Electio enim, juxta Canonem Synodalis IX Ultrajectini absoluta est: Qui vero absoluta voluntate vult electionem absolutam, ille vult & absolute fidem, quia juxta animum & mentem Calvinianorum, fides ex Electione tanquam fructus & effectus germinat, non refragantibus sed censentibus Britannis, & prius ordine predestinantur homines ad salutem, quam ad gratiam & fidem ut Helvetij loquuntur part. 2. act: p. 45

Error Calvinianorum,  
circa doctrinam ad justificationem

2. Circa *Justificationis* articulum non parum errant, dum eam ex operibus propullulantem estimant & Censem, in quo Piscator, cuius sententiam seu scripturæ Consentaneam, Altingius amplectitur, loc: cit: p. 40. admodum operose occupatur. Hinc scribunt; Bona opera esse causam sine qua non salvationis, esse viam, per quam perveniat ad salutem, tanquam primò, à Beza, Zanchio, Piscatore, & Goclenio defensā? Nec minus inconvenienter statum *Justificationis* immobile faciunt per hanc suam Communem & protritā hypothesis: electos in *Dei gratiam* immobiliter & continuo perseverare. Hujus consequentiæ vim agnoscit Britanni, part. 2. act. 253. th. 6. *Jus nostrum ad Regnum cœleste* nō in actionibus nostris, sed in gratuitâ adoptione, & in nostra Conjunctione situm est. In Interstitio vero prædicto *Jus ad Regnum celorum* non tollitur: status *justificationis* manet immobilis. *Jas* enim ad *Regnum* non tollitur nisi sublato eo, in quo fundatur. Ac, ne quis dubitare possit, an revera hoc ipsorum mens sit, egregiū subdunt simile; sicut is, dicunt, qui in lepram incidit, propriā domo carere cogebatur, negat inter alios ius ad suam domum amisit, ita cuiuscunque peccati atrocis lepra corruptus, non potest quidem Cœlum ingredi, & tamen ius ejusdem hereditarium non extinguitur: Quid opus est multis? Recipitur idem à Britannis quando cit: loc: p. 265. thes. 5. tanquam Heterodoxum rejiciunt: quoties grave peccatum committitur, toties statum *justificationis* & adoptionis amitti. item: concludimus itaq; sanctorum lapsibus non ab rumpi *justificationem*, aut amitti *adoptionem*. Et, ne quis nobis insufficientiam testimonij in Britannis objiciat; agedum, addeste placita *Synodalia* à scopo non abludentia: Patres *Synodici* docent, part. 1. Act: pag. 314. reject. 3. Rejicit *Synodus errorum eo-*

*mur*

rum, qui docent, verè credentes & regenitos, non tantum posse à si de justificante totaliter & finaliter excidere, sed etiam re ipsā non raro ex eā excidere, atq; in æternū perire. Ita Joh. Bergius, Rei cheli Antecessor & Praeceptor in Conc: exequiali Serenissimi E lectoris Georgij Wilhelmi, Davidem per integrōs decem Menses in peccatis adulterij, Homicidij, alijsq; gravissimis impeditum, atque implicitū adhuc scintillam atq; semen fidei dilectionisq; in Deum retinuisse, ebuccinat. p. 34.

3. Conversionem hominis peccatoris faciunt irresistibilem a deo, ut gratia seu virtus, quā DEus hominem convertit, immediate voluntatem determinet: De quo Paradoxo Calviniano, inter alios consulatur Excell. Dn. D. Hulsemannus, de gratiā indebitā quæst. 7. seq. vero verbo virtutem convertentem ac convertere aptam natam suffurantur, ejusdemq; loco, Solam Spiritus S. Eti internam operationem immediatam influentiā, à verbo penitus distinctam, substituentes: Et, ne planē verbum contra expref sissima Scripturæ testimonia, excludere videantur, hoc relin quunt ei solum, quod convertendo homini, objectum credendum proponat: V. Altin. de Modo conseq. Fid. in art. 1. cit. sed si & ille, quod faciunt plerique omnes Reformati in actis Synodi, Dordr. p. 328. 308. 236. Cloppenburg, Disp. p. 84. Wendelin. in Theolog. Christian: p. 14. 15. verbo Dei vim intrinsecam, in hominibus renovandis, simul adimit, ac eidem, ultra significationis usum, nihil quicquam, tribuendum esse, autumat, multum à nostratis abit. Nam quemadmodum Spiritus S. Testimonium, vis & operatio, non sunt à verbo scriptio separanda, ne Enthusias mus fingatur, quanquam per abstractionem præcisionis distin ctè considerari possint; ita à Scripturā non est efficacia Spiritus S. sejungenda. Neminem itaque seducat simulatio Calviniana, quando sæpiuscule quidem efferunt: Deum per verbum atq; sacramenta convertere, verbis prorsus ijsdem, quæ in formula Cō sensus Marpurgensis & alijs nostratiū scriptis habentur. Est enim in verbis fucus; Quem censores Leidenses, satis produnt, in censura c. 17 p. 233. in quā Arminianis concedunt: Vocationem activam effici & perfici, per prædicationem Evangelij, & eidem ad iunctam Virtutem Spiritus Sancti: Adjunctionem enim illam quo,

Error Calvini  
nianorum  
circd doctrinam  
de Conversione

quomodo intellectam velint statim subsequentia ostendunt. Quando ex illâ adjunctione fit contraria prorsus, non adjuncta, seu sejunctio & separatio, quod patet, tum, quod allegatum orationem ex. 2. Corint. 3. 6. de externâ tantum verbi gratiâ, in oppositione gratiæ Spiritus S. internæ, interpretentur; tum, quod immediata atque separatam operationem clare contestentur: Imò eandem distinctam non modo, sed & separatam à verbo, operationem, toties statuere coguntur, quoties gratiam regenerationis à verbo proscribunt, seu universaliter inesse negant, eāq; ad ultimum & supremum vocationis internæ gradum, particulariter restringunt. Sic Leidenses postquam concederunt & externam Evangeliij gratiam & internas Spiritus S. operationes eas, quibus mentem hominis de Evangeliij veritate & officio suo convincit, esse resistibiles, hæc in censur: coaf: Rem: c. 17. p. 241. objiciunt. Sed inde non sequitur non esse aliquam gratiam peculiarem, sive per DEI sapientiam, seu per ejusdem potentiam administratam, cui homo qui per eam vocatur, nunquam resistit. Indè nihil usitatius ipsis est, ac distinctio vocationis, in externam & internam quarum utramq; electis quidem, Cæteris autem solam priorem contingere perversè autumant, & censem, cui etiam propterea omnem convertendi vim derogatam cupiunt. Sibrandus Lubertus, quo usque se extendat vocatio externa, nempe ad aures usque, satis explicat, in Comment: catech. palatin: quest: 54. p. 425. ut interna dicit, *vocatio fit per spiritum seu intus moventem corda nostra: ita externa fit per prædicationem Evangelij, extrinsecus moventem aures nostras.* Planè ut alias etiam duplicem faciunt baptismum, alium internum, externum alium, & hunc fieri per aquam, & internum tantum significari & obligari per Externum, non autem semper.

Sed de hoc articulo libet eorum mentem fusius, exprimere.

*Non circa  
cap. IX. de  
Sacramento  
Baptismi.*

Formula Confessionis ita se habet:

*Nono: Quod Baptismus sit Sacramentum, ad hanc fidem (Efficiendam & Obsignandam) à DEO institutum. Et*

*Quia*

*Quid*

*s. d.*

*Qui mandatum DEI, ite, Baptizate, & promissio DEI, Qui crediderit, Baptismo includitur: Non nudum signum, aut nota, & tesseraprofessionis Christianæ, sed signum, & opus DEI est, in quo fides nostra requiritur, per quam regeneramur.*

Indignum est hoc loco agere prolixius, de Calvinianorum φλυαρίαις, quibus alias articulum de Sacro Baptismate infestat, atque lancingant. Ipse Altingius art. 9. in C. A. à. p. 65. ad 69. eas quasi in fasciculum collegit, ut unicuique facile constare possit, *Summa* er- quam longissimè à nobis absint. *Summa omnium huc redit, rorum Cal.* ut effectum penitus Baptismo demant; *limpidissimum scripturæ te-* vinistarū de- stimonium, per tropum Sacramentariū; quod Baptismus non nisi *Baptismo*. Regenerationis signum ac sigillum sit, idque solum commune, ac incertum, temere corrumpant. Nec aliter possunt, quo usque fundamentale de absoluto decreto dogma defendere fata- gunt; de quo verba hæc horribilia laudiantur in *Colloquio, Mom-* pel: p. 469. *quos Dominus, aeterno & arcano suo consilio non elegit,* etiamsi millies Baptizentur externo aquæ Baptismo, illis tamen nun- quam fides aut Spiritus S. donatur, sed justo DEI iudicio relicti, suæ culpæ pereunt. Hinc Altingius mentem Calvinianorum in *Exeg. de Baptismo.* p. 65. his exprimere allaboravit: *Calviniani disertè negant Baptismum esse necessarium ad salutem, quasi ei alligata vel inclusa sit gratia salutis:* Quoniam autem auctoritate Lutheri suf- fulciri cupiat, audiat, sodes, eum in *Catech. Maj. & Min.* imò di- etum e. i. *Pet. 3. 21.* quod pro suâ sententiâ adducit, potius ever- tit, quam stabilit sententiam Calvinianorum. Nam expressè ibi positum vocabulum σώζει, quod Baptismati adscriptum, non potest non effectum planè salutarem arguere.

*Credunt atq[ue] sentiunt Decimò.*

*Quod Confessio seu petitio Consilij & (absolutionis:) apud Non circas, pastorem vel proximum suum, et si non coacta sed libera esse de- cap. X. de beat tamen valde utilis (& experienda) sit mæstis & afflictis Pœnitential vol in peccata aut errorem lapsis conscientijs præcipue propter & Confessio absolucionem Evangelij, quæ vera absolutio est.*

**Errores Cal-** Duos, caput hoc Articulos complectitur, & de privata Confessio-  
**vinianorum** ne & de pœnitentia. In quibus hos nunc solum errores Caivinianorum adducimus: Primo Absolutionem seu privatam Confessionem planè negligunt ac tollunt; loco vero ipsius substituunt examina eorum, qui primum admittendi sunt ad cœnam, iteque infirmorum visitationes, atque rudiorum Catechisationes, quæ pro privatâ confessione, ut habet Altingius in exeg. art. II. de cōf. usurpant ubi obiter non tam miramur, quam detestamur impudentiam Altingij in hâc tam audacter ad consensus Marpurgensis formulam provocantis. Deinde, in articulo de pœnitentia, veras & Essentiales pœnitentiæ partes tollunt, surrogatis alijs ab effectu pœnitentiæ desumptis, quas ipsi fidei effecta esse scribūt: Adeas Leidenses in Synopsi disp. 32. de resipisc: thes. 33. 36. 41. & imprimis Altingium in Exeg. pag. 81. qui quomodo heterodoxiam suam distinctione inter partes pœnitentiæ strictè ac latè consideratas, evitare possit, non video. Alia sunt verba & mens Lutheranorum: videatur Gerhardus in LL. CC. tom. 3. thes. 36. Eckardus in tract: de pœnitentia. c. 3 p. 59. & 65.

Undecimò patentur: Quod Magistratus, Leges Civiles, iudicia & ordinationes politicae, ubiung, sunt, bonus & legitimus ordo sint, nec prohibiti sint, sicut aliqui Papistæ & Anabaptistæ sentiunt ac docent: Sed quod Christianus, qui ad Magistratum vocatur vel nascitur, bene per fidem Christi salvari possit: Sicut ordo conjugalis Patris & Matris Domini & Matris familiæ.

Ne Herbornensium incommodam assertionem, qua leges Mosaicas forenses, legibus civilibus demptis ac prostratis, in usu revocandas & Spiritu Anabaptistico defendunt, incrusterem, velim hic considerari solum historias Gallicanas atque Belgicas, & imprimis Anglicanas, annorum non ita diu elapsorum: in quibus admodum multa occurunt quæ, cum hoc formule consensus Marpurgensis capite conciliari nequeunt: Ubi quidem non tantum facta, verum etiam fententiam & judicium Calvianorū Doctorum non ultimi subsellij indigo.

Deci-

Non circa  
cap. XI. de  
Magistratu  
politico

Errores Cal-  
vinianorum  
de Magistra-  
tu

Duodecimo credunt atque docent. Traditiones, quæ si no-  
minantur seu ordinationes Ecclesiastice ab hominibus factæ, si  
non pugnant, contra manifestum verbum DEI libere servari,  
vel omitti possunt, prout homines sunt, cum quibus versamur,  
icauit scandalum non necessaria vitemus, & pacis serviamus. Et,  
quod probhibitio conjugij sacerdotum, sit doctrina Daemonio-  
rum.

Non circa  
cap. XII. de

reribus Ec-  
clesiasticis.

Cum Calviniani multas non recipiant ceremonias in no-  
stris Ecclesijs usitatas, & ab earum etiam usum graviter in nostra  
sacra invehantur causa nobis suppeditatur, etiam in hisce rituali-  
bus traditionibus diversum quid à mente sanâ atque Lutheranâ,  
itemque à formulâ hâc consensu Marpurgensis statuere censendi.  
Ad ejusmodi ceremonias & ritus Ecclesiasticos referimus festivi-  
tatum & feriarum observationes, quas tamen Calviniani è me-  
dio sustulerunt, solum ferè diem Dominicum celebra-  
tes, loco Evangelicorum etiam substituunt continum quendam  
textum Biblicum, quod ex Danao & Calvino probat Menzer. in  
Exeg. p. 629. & propterea vapulant ejusmodi puritanî & separistæ  
in Ecclesia Anglica Richardo Mantacutio part. i. orig. p. 135. Ad  
ejusmodi ceremonias referimus similiter usum imaginum in tem-  
plis, quæ tamen apud nos non coluntur, sed tantum inserviunt  
memoriæ & externo simul ornatui, ut ita libenter assentiamur  
Johanni Davenantio determ: q. 18. imagines cultu religioso non es-  
se adorandas. Impiè tamen Beza in colloq. Mompelgart: Fateor  
me ex animo Christi crucifixi imaginem detestari, ideog; eam non  
possum ferre. Annumeramus etiam ejusmodi ceremonijs, usum  
altarium, non equidem ad superstitionem & sacrificium pontifi-  
ciorum, sed ad ornatum pariter & administrationem rerum sa-  
cram; ut ut peculiari scripto suggit ea, Petrus Molinæus & Ni-  
col. Vedelius exerc: VI. in Ignat: c. 1. &c. Conferri etiam possunt  
Disputationes Giesberti Voëtij de excelsis mundi, & manifestum  
erit, annon ritus indifferenter Ecclesiarum nostrarum; excelsis  
mundi annumerentur ac damnentur. Ita tollunt utique liberta-  
tem Ecclesiaz Orthodoxæ, quæ easdem neque ex superstitione,

neq;

Errores  
Calv. de riti-  
bus Ecclesiæ

st

neq; è necessitate observat, tantum abest, ut quid sibi promere-  
ri inde cupiat. Nolo verò ulterius de hoc & alijs è confessione  
hacce Marpurgensi quicquam proferre. Neque enim hīc tan-  
to apparatu opus fuisse, si verba & explicationem sanam in o-  
mnibus & per omnia retinuissent Reformatæ partis defensores;  
Interim hæc ita colligenda atque uberiorius deducenda erant ut ne  
mini non innotesceret, quām vanè gloriatur ex hac confessio-  
ne & consensu formulâ *Reichelius* de idoneitate dogmatum &  
consensu cum Lutheranis excepto de S. Cœna articulo. Dispi-  
ciamus nūnc de reliquis, quæ nobis porrò objiciuntur.

*Ratio secun-  
da Adversa-  
rij à consensu  
in Colloquio  
Lipsiensi de  
sumitur.*

*Refutatur (i)  
è Colloquii  
Lipsiensis de  
linatione ge-  
nerali.*

§. 6. Alterum sententiæ suæ fundamentum è Consensu in Col-  
loquio Lipsensi Anno 1631. inito depromit, in quo preter dogma-  
ta de ubiquitate, de mandatione grati, de fide prævisa, magni no-  
minis tam à parte Lutheranâ, quām Calvinianâ Theologos, cō-  
spirasse existimat. Quo minùs autem hocce fundamento quic-  
quam obtineant, non una facit ratio.

Nam (i) hæc collatio, seu ut tunc loquebantur temporis,  
Conferentia mera fuit privata non vero communis partis totius  
Lutheranæ aut Reformatæ alia tunc movebant Electores, *Saxo-*  
*nem, & Brandenburgicum* ut cum alijs principibus & ordinibus  
comparerent; ubi demum occasione hac Reformati *D. Joha-*  
*nes Bergius, Job: Crocius & Theophilus Neuberger*, qui tunc simul  
Lipsiam appulerant à nostratis colloquium expetunt, impe-  
trant & Coēunt, hac simul lege sanctâ: *ut has cōvulsiōnēs pro me-*  
*re privata & saltem inter parietes privatos acta habeatur*; sicut ex-  
pressè ipsius Bergij verba sonat in *relat. Conf: privat.* So ersuch-  
ten sie die ThürSächsischen freundlich ob denselben belieb-  
te/ disfals mit ihnen unter rede zu pflegen/ und zu versuchen/  
wie weit bey iriger gelegenheit man beyder seits in einem so gu-  
ten und der Evangelischen Kirchen zuträglichen fürhaben  
kommen und gelangen könne: mit angesten bedinge: daß die-  
se Conferentur und ganz pur lauter-privat-handlung aller-  
dings unverfänglich.

(2)

(2) Etsi ab utrâque parte principes, postquam hæc per mandatarios ipsis innotescerent, in privatam hancce conferentiam consenserunt, id sibi tamen curæ & negotijs semper esse crediderunt, quâ ratione hæc privata conferentia nulli cætu damno atque fraudi foret, videbis inevitab. *Defens. Contr. orac. Dodon. D. Hoë p. 22. § 23.* nec non primordia Lips. Recens. ib. pag. 390 seq.

(3) Sub finem colloquij omnis consensus, si publicaretur, irritus ac frustraneus aestimabatur: Clausula siquidem illius in hanc definebat faciem: *Uit omnia hæc tenus invicem acta, haberetur quasi non acta, utq; neutra pars sine alterius Consensu hos ipsos actus & recessum consignatum divulgare conaretur.* Quo in puncto quomodo se gesserint, & quem fundamentalem consensum ex hoc semper crepuerint. (nec enim saltem nudius tertius hæc **Reichelio**, quo patellam operculo suo quæreret, in mentem venerunt) ipsos ad domesticum conscientiæ tribunal revocatos edocet, *D. Hoë d. l. c. 28. p. 417.*

§. 7. Ne vero habeat **Reichelius**, quod de normâ Augustanae ex speciali Conf. Reformati semper propositâ, de plerisque fidei articulis ratione per præter illos de ubiquitate, de mandatione orati, de fide prævisâ dolosam ac pertractatis insuper etiam de consensu & quoad literam & quoad explanationem objiciat, agendum, quod res sit, expediemus. Equidem amissis vice, cuius in conferendis sententijs sequentur filium ipsis erat proposita Augustana Confessio, eaq; genuina, & invariata, Carolo V. Imperatori in comitijs Augustanis exhibita, quæ tunc temporis ipsis adeò arridebat, ut illico in ipsis colloquij carceribus sponte suâ faterentur, se paratos esse ad amplectendum eam, imo etiam, 'ubi quis desideraret, ad illud exemplar, quod in pupillâ Electorali Saxonica habetur, idoneum subscribendum: Sed seriò hæc tentata fuisse à **Bergio**, **Crocio** atque **Neubergero**, nemini persuadebit Adversarius, cui saltem de perpetuâ Calvinianorum intentione constat: Neque alio fine, quam ut Calvinismum, sub consensus specie, uberioris disseminarent, hoc fuisse initum colloquium è propria confessione Bergij deducit Excell. Dn. Praeses in prefatione saepius citat: **E** **taet:**

*tract: de Persona Christi.* Ex περιστά affigimus testimonium ex ipsorum met glossā germanicā p. 394. ubi, ut & in ijs, quæ art: 3. adducunt, se saltem secundum literam (dem Buchstaben nach) Aug. Confessionem acceptare dicunt: In quibus verbis procul dubio ὑπλόγη foveatur. Cum enim cortices literarum atque verborum saltem lambunt de nucleo sensus ne μῦ quidem auditur: perlege sis §. nach mietag. item. §. schlüsslich. & reperies eos, nihil tunc egisse quæsivisseque aliud, atque ut solæ tollantur, αὐΦισθησεις, ipsis nihilominus in fidei Systemate toto Cælo à nobis distantibus. Expendens hæc *Reichelius* grave duxit Bergij, Cæterorumque verbis & loquendi consuetudini inhærere, ut ut eos hâc in parte in subsidium causæ suæ postulet: Nam consensum, non tantum καὶ τὸ πνῶν & verba, sed quoad explicationem etiam effingit; quanquam ausu prorsus dolofo, nec alio quam *Bergiano*, siquidem haud orthodoxum sensum, qui in Augustanâ Confessione & scriptura sacra fundatus, sed cacodoxum quam in scholis atque templis hactenus professi sunt Calvinistæ, intendat. Egregia verò æquivocationum fabrica, dubiæque conscientiæ indicina! ubi ipse viderit an animi sui sententiam ad dictamen conscientiæ proloqutus fuerit.

§. 8. Sed forte queratur hîc *Reichelius* de injuriâ sibi illatâ, quâ temerè alienam animi sententiam ipsi affingamus, cum omni studio refugiat & aversetur deviâ a recto & scriptura sacra explicationem. Sed dicere non sufficit: Contrarium ex scriptis atque confessionibus post Colloquium hoc editis probatu facile est. Arrige aures *Reicheli* & in uno saltem mihi periculum facturo succenturiaberis. Circa controversiam de personâ Christi n. 4. dicti Colloquij, hæc dicitur inita coalitio: *Man ist dessen bei- derseits einig worden/ ob wol leiden und Sterben allein der Menschlichen natur eigenschaften sind/ so haben doch nicht eine blöße menschheit gelitten/ sondern Gottes Sohn selbst der Herr der Herrlichkeit & i. Cor. 2. der Fürst des Lebens act. 3. der gelobte Gott von Ewigkeit habe nach dem fleisch gelitten und ihm das Leiden seinen fleisches approprieret und zuge-*

*tum exempli  
petiti ex Arti-  
culo de Per-  
sona Christi*

zugeeignet.. Rom. 9.1. Petr. 4. und sey das für uns vergossne  
 blut nicht nur ein blosses menschen blut / sondern auch des  
 Sohnes Gottes blut. 1. Joh. 1. oder Gottes einiges blut wie  
 Paulus redet act. 20. Ubi quidem vocem Jacobæam atque lin-  
 quam prorsus Lutheranam audimus, sed hīc ad stateram mentis  
 & scriptorum Calvinistarum appensis statim Esavi manus, seu  
 mēns Calvinistica deprehenditur. Quod etenim ex scripturā  
 adsertum eunt ipsum DEI Filium, Dominum gloriæ &c. p̄ssum  
 esse secundum cōrnem, id ex Reformatorum communi sententia  
 ipsiusque D. Bergij & Crocij imprimis declaratione, ita intelli-  
 gendum ; ut cum prædicatum sit humanum, id de humanâ accipi-  
 atur naturâ, & si subjecti loco positum sit nomen naturam infe-  
 rers Divinam ; quod non cœnaturæ nomen ipsi acceptarunt, sed  
 cœnomen personæ (prout è Bergio notavit Excell. Dn. Præses loc-  
 cit. Disp. XV. XVI. seqq.) Quod porrò profiteantur, filium DEI  
 appropriaſſe sibi paſſionem cœrnis ſuæ veritati quidem consenta-  
 neum habere possemus, modo Reformati illi colloquutores ve-  
 ram ac realem naturarum communicationem inter ſe mutuo  
 amplexi fuissent : quò ita Divina natura & carnis particeps facta  
 fit, & cum carne ſibi paſſiones carnis appropriarit. E Bergio ve-  
 rò contrarium haud obscurum eſt. Ut ergo Divinam naturam  
 partipem factam eſſe humanæ naturæ non credunt, ita multo mi-  
 nūs proprietatum humanæ naturæ partipem factam eſſe admittēt,  
 ſolumque participationem illam referunt ad personam non vero  
 ad naturam & λόγον Divinam. Quod denique personam Chri-  
 ſti omnia idiomata naturarum duarum communia habere, ea-  
 demque de ipsâ rectè dici posse, conſeſſerunt Reformati in Col-  
 loquio Lipſiensi, id juxta eorum declarationem ſic intelligen-  
 dum, ut ſiftatur (1) in personâ, quod Nestorianum (2) ut minime  
 credantur ita personæ communia eſſe, ut verè etiam eadem par-  
 ticipent naturæ in concreto (3) ut ſervetur hoc diſcrimen, quo  
 humana prædicata de humanâ ſolūm natura, divina de divina in-  
 telligantur. Non enim aliud cum Heidelbergensibus velle, D.  
 Bergium rursus cit. Loc, oſtendit Dn. D. Præſes. Et ſic in cæteris.

§. 9. Quod si vero hoc explicare confessionem Augustanam est, ut pro lubitu eum in sensum aliquem torquere licitum; quid est quod Reichelius de tribus reliquis utpote de *ubiquitate demandatione* orali de fide prævisâ, dogmatibus titubet, quin magè cæteris rite explicatis fidei articulis annumeretur; siquidem & in illis verba satis commoda adhibentur: præsertim circa *controversiam de ubiquitate*: quæ à Lutheranis atq; Calvinianis ita deciditur: Dass der ganze Christus ohne Zertrennung der Naturen allgegenwärtig sey/ nicht zwar als ob die allgegenwart/ auch der Menschlichen natur eingeschafft wäre / oder derselben/in/an/intd auf ihr selbst bestunden/ vielweniger als ob diese eigen schafft wesentlich in dem fleische Christi haftete: sondern sie seyn und bleiben allein der Göttlichen natur eigenschafft/ und werde der ganzen Person Gott und Mensch umb der innerlichen Personlichen vereinigung beider Naturen willen zugeschrieben. Et additur ibidem ex parte Calvinianorum seu Theologorum Reformatorum: Dass kein besser mittel zur vergleichung in diesen punct sey/ denn das man in di sen Hohen geheimniß bey denen reden artet allein/ welche in der H. Schrifft in der vhralten algemeinen Consilijs und in der Augspurgischen Confession auf drücklich gebrauchet worden verbleibe. Interim nihilominus sub *consensu* hoc apparente *dissensus* verus, sive potius *non consensus* satuit. Dum enim totum Christum sine divulgatione naturarum, omnipræsentem dixerat, id secundum tritam Calvinianorum æquivationem non *de toto Christi*, sed *toto Christo* intellexerunt. Dum Christo-Homini omnipræsentiam concesserunt, id quomodo à Reformatorum parte tunc acceptum sit, è *declaratione* Joh. Bergij, qui principaliter erat partis Reformatæ colloquutor, satius patet: vide sis eam apud Dn. Præsidem de Pers. Christi qv. *de omnipræsentia* diss. XXXI. Dum denique conciliationis medium in Scripturæ S. loquendi formulis, Concilijs oecumenicis &

Aug.

**Aug.** Confes: ponunt, quam ut non omnimodum consensum sed tales stabilitant, qua salva sententiarum discrepantia, manente solum utraque parte intra terminos formularum loquendi in scripturis, concilijs, & Augustana confessione receptarum, neutrā condemnet alteram, prout hanc suam mentem prodidit. **Johannes Bergius**, in untersch. und vergleich. q. 55. n. 3. p. 74. Quod verò in ipsa Augustana Confessione omnipræsentia, quam nos credimus, asserta & fundata sit, si adhuc ambigit **Reichelius** adeat **Pl. Reverend. Dn. Präsidis coronidem**: An Calviniani consentiat cum Augustanæ Confessionis articulo, Tertio? & inveniet, in quo se exerceat.

§. 10. Ad Tertium fundamentum Reichelij pes pergit, quod ipse ponit in convenientiâ omnimodâ, catechesium & Confessionum ab utraque parte Ecclesiarum: quæ dicuntur gratis & per meram imposturam: Sunt enim Confessiones illæ Calvinianorum penitus ambiguæ, obscuræ, fallaces, eaque de causa nunquam à Euthero & alijs fidelibus ejus successoribus receptæ; imo non paucis in locis veneno errorum satis aperte tinctæ. Conferatur de *Tetrapolitana Confessione*, Historia, Aug: Conf: pag. 156. 157. de *Helvetica*, *Gallica*, & alijs sex scriptis Calvini, Bezae, Helvetiorum & aliorum Nationum fiat Judicium; Imprimis è Canonibus Synodi Dordracenæ & Institutionibus Calvini, ex Orthodoxo Consensu & alijs scriptis, quæ *Christophorus Massonius* cap. 8. in *Anatomia Universi*. pag. 31. ut publica recenset. Quibus ita positis & expensis, Lutherani sanè prolixâ evolutione & collatione catechesium non habebunt, opus: Ut ut autem sit, ne Noster Adversarius sine illa, cuius adeo est cupidus, abeat, deliberatione facta, commendamus ipsi *Menzeri Exegesi Conf. August: Defensionem contra Pierium, Anti-Crocium, & Examen censuræ Crocianæ* *Defensionem Abstersionis, Meissneri Probas Calvinianas, & Massonij Refutationem Wittebergæ editam*; imprimis *Dn. D. Fewrburnij Fundamentalem deductionem*, quæ sudes haec tenus in oculis & cordibus Calvinianorum illibata stetit & hue usque permanuit, conferre quoque poterit **Reichelius** *Epistolam Dedicatoriam Tom. 1. Excellentissimi Domini Präsidis in A. G. Johanni Grocio Syncretista*.

*Ratio tertia  
Adversarij &  
Consensu ca-  
techesium &  
cofessionum  
utriusq; par-  
tis Ecclesia-  
rum mutua  
tur.*

*Reprobatur*

tistarum Primipilari oppositam, quā ad oculum ē collatione Confessionum Reformatæ Ecclesiæ Publicarum demōstrat, Calvinianos hisce Confessionibus suis in decem Articulis & Controversijs plus quām triginta gravissimis dīs dīa πατερῶν ab Augustana Confessione discrepare, nec in æternum conciliari posse: Ad quam Crocius intra septennium nihil respondere potuit, & fortassis ad calendas Græcas responsurus est. Juvat speciminiis loco inde excerpere præclarum, contradictorias doctrinas, Calvinianarum Confessionum, & nostræ Augustanæ conciliandi artificium, quod eminet in Harmonia Confessionum, Publico Gallicanarum Belgicarum Ecclesiæ nomine divulgata, ad quam hic provocare videtur Reichelius, ut ex hoc uno dijudicentur omnia; semper enim sibi similis est, Spiritus Calvinisticus in hoc artificio conciliatorio & exungue Leo, quod dicitur, cognoscitur. Cum enim *Articulo XII. Aug. Conf.* doceatur: *semel justificatos verè amittere posse Spiritum S. ac damnentur ij qui asserunt, non posse semel justificatos vere Spiritum S. amittere;* quod dogma ab universâ Reformatâ Ecclesiâ, ne Syncretistis quidem, Bergio, Crocio, Reichelio, ex ceptis, ut ut expressissimis verbis in A. C. condemnatum sit, cui illi subscribere non dubitant, foveatur & ex professo propugnatur, tenore *Synodal: Decret: Dordrac: cap. 5. Art. 6.* quomodo verò manifesta hæc contradictione Calvinianis concilietur, ex observationibus Harmoniæ prædictæ objectis *Sect. 8. obs. 3. ad A. C. & sect. 4. obs. 1. ad Saxon: Confess:* annotare operæ pretium est quod in hac (Saxonicâ) tum his, tum alibi, in Augustanâ, aliquoties repetitur, de excusione & amissione Spiritus S. sic nos accipimus: Ut hoc primum *de donis* intelligatur, quæ in ipsis quoque, nihil prorsus ad Ecclesiam pertinentes, conferuntur, (ut in *Socrate, Aristide, Cicerone,* & alijs nonnullis Magnarum Virtutum scintillæ fulserunt) hem carnea-deum acumen! Augustana Confessio de *donis Justificatorum* loquitur; conciliatio ea trahit ad *dona eorum*, qui nihil prorsus ad Ecclesiam pertinent, Socratis Aristidis, Ciceronis; nisi forsitan succurrat, Zwinglius illos in excelsum atque cælum prosus collocans. Deinde etiam de *donis* in eos collatis, qui sic sunt in Ecclesia,

clesia, ut de Ecclesiâ tamen non sint, nec verè spiritu adoptionis regenerati, ut in Saulis, Judæ, & aliorum Exemplis apparet, ita scilicet torquent, contorquent, detorquent omnia, ut contrariam planè mentem Augustanæ confessioni affricent, egregij ejusdem interpres. Annon enim disertissimè, Augustana Confessio de *Justificatis* loquitur? an *Justificati* tantum sunt in Ecclesiâ, & non de Ecclesiâ? an non verè spiritu adoptionis regenerati sunt, qui vetè sunt *Justificati*; denique addit Harmonia *avæ quo-*  
 5@ : *Qnod autem ad illum Sanctificationis spiritum, qui est in solis verè renatis attinet, nunquam eis penitus adimitur, verùm ipsius duntaxat ἐνεργεια cupiditatibus regnantibus ad tempus interrumptur, sicut ebrietas, non mentem ipsam, sed mentis tantum usum ad tempus auffert.* Habemus præclaram interpretandi Augustanam Confessionem rationem, correspondientem sine dubio, interpretationi, quam Reichelius folet instituere in locis à Reformatis dissonis. Augustana Confessio diserte affirmat, Spiritum S. in *Justificatis* verè amitti posse; damnat etiam id negantes, interpres Augustanæ Confessionis, Calviniani, renatos & *Justificatos* nunquam Spiritum S. amittere, affirmant & tamen rectè, nec non juxta leges *ęgyp̄neutinicas* Augustanam Confessionem eo ipso interpretantur, congrueque cum suis Confessionibus conciliant.

## DE SECUNDO

*Summa Di-*

§. I. *Reformati & Lutherani in tribus potissimum quæstionibus dissentunt;* altera Francofurtensis Disputatoris est positio, *Francofur-*  
*deducta per denominationem quæstionum istarum* (1) *an Verum Corpus & Sanguis Christi in pane & Vino Cœna Domini corporali-*  
*ter sint præsentia?* (2) *an Verum Corpus Christi adiastat seu se-*  
*cundum indistinctam Loci, sit ubiqz?* (3) *an Electio facta sit ex Fide,*  
*prævisa?* Hæc deinceps scopo suo sic adaptata, ut nonunquam  
 planè à prioribus diversum sentiat, nihil non simul & tantum ut  
 noceat, & decantatam Fraternitatem imperitorum animis inge-  
 neret. Vis verborum tamen ejus atque Argumenti nexus  
 hic est:

Quæ

Quicunque in tribus saltem Fidei Articulis, & quidem non totaliter sed partialiter quæstionibus duntaxat inter se dissentiant, illi merito concordiam inire debent, ac possunt.

Atqui Lutherani & Calviniani in tribus solum Fidei Articulis, & quidem non totaliter, sed partialiter quæstionibus duntaxat, inter se dissentiant.

E. Lutherani atque Calviniani merito concordiam inire debent ac possunt.

### Refutatio.

§. 2. Respondemus hic *Majorem* & *Minorem* vacillare; illam: *Tum ob turpem contradictionis Elenchum*, quo consensus à dissentientibus expetitur; affirmativa cum negativa conciliatur; nec non consentanea è dissentaneis fabricantur; quod ἀλογον καὶ ἀθεόλογον est: *Cum ob male intellectam concordiae seu unitatis rationem*: quæ namq; de particulari concordia, de quibusdam Fidei Articulis inter nos & eos sancienda proferuntur, nugæ sunt, gerræ sunt, & incautiorum decipulæ. Talem quippe concordiam particularem, ne per febrim quidem somniare sanus potest; talem *scriptura* respuit, quæ non nisi unitatis vinculum exponit integrum; talem etiam mancam & hiulcam Fraternitatis concordiam *Analogia Fidei* simpliciter non admittit; quæ integrum Fidei Fundamentum approbat & singulos ac universos Articulos tanquam in catena anfulas in unum (non duo) σύστομα connectit, ita ut quam primum in uno fundamentaliter pecceturbe tota mox compages atque Corpus fatiscat, rimas agat, ac dispereat. Qua de te *Lutherum* audias Tom. 5 Germ: Gen. p. 535. differentem: Wo es der Teuffel dahin bringet das Man ihm in einem Artikel einreumet/ so hat er gewonnen/ und ist eben soviel/ als hette er sie alle/ kan darnach auch wol alle ander zuriitten/ und zernehmen; denn sie findet alle in ein ander gewunden und geschlossen/ wie eine guldne Kette/ dass wo man ein gleid auflöst/ so ist die ganze Kette auflöst/ und geht alles voneinander. Deinde nec *Minorem* nos admittimus & negamus, per negamus, & constanter iterum negamus, inter nos

& eos tria saltem intercedere, quæ in tribus Fidei Articulis dissensum & quidem partialiter duntaxat faciant: contrarium puto liquet ex antecedenti capite & Membro, per singula Formulae consensus Marpurgensis capita dilucidatum. Hic ergo solum ponderanda veniunt, quæ juxta mentem Adversarij, in predictis tribus Articulis, dissensum partiale pariant.

§. 3. Primo de Sacra Cœna ita differit: Quæstio saltem est, quæ inter Lutherum & Zwinglium mota fuit: An Verum Corpus & Sanguis Christi in Pane & Vino Cœnæ Domini corporaliter sint presentia? putat ergo Adversarius in Articulo Cœna Dominicæ hanc unicum obstitisse quæstionem, quo minus inter Lutherum atq; Zwinglium, omnis controversia fuerit sopita & hodienum obstat inter nos & Zwinglianos, quod ipsis dextram Fraternitatis denegemus. At consensus in dissensu maximo comminiscitur, quem ita demonstramus:

Si Reformati in Articulo de Cœna Domini à Lutheranis dissentunt, tam quoad principium, quam quoad principiatum; puta causas, effecta, subjecta & Adjunctum, non quoad solam oralem mandationem, & corporalem præsentiam, inter se dissentunt.

Sed Antecedens Verum est.

(1) Ratione principii formalis quod scriptum nobis & specificatim, hoc loco, institutionis verba sunt: Hæc etenim enervant Viri Calviniani; quando illa, vel pro fundamento hujus Articuli expressè non agnoscentur, ut ex Admonitione Neostad: p. 94. apparet; vel ea saltem κατὰ τὴν διάνοιαν tropicè & figurate intelliguntur, discendo sic à sensu proprio eorum ac literali; immò eadem, per crimen falsi planè pervertendo: Ad quod probandum, vel sola Adversarij Confessio sufficeret, si reliquorum excluderemur testimonijs; si quidem hoc loco exsertis verbis profiteri non vertetur: Reformatos undiq; negare: Christum uspiam dixisse, quod in pane & Vino sacra Cœna corpus suum & sanguis suus corporaliter sint presentia: & quærerit? ubi hoc exstat in sacris? probatio adjecta (puta ex verbis institutionis) nulla est, sed petit principium. Eadem planè oberrat chordā quidam Novitus in Vicinia Daniel

Dissensus inter nos & Calvinianos in articulo de Persona Christi.

Circa principium

Sachs in peculari Tractatu, quem vocat Nothwendigen und Treuherzigen untericht/an die Reformierte Gemeinen in Fürstenthum Anhalt/ cum p. 94. ita docet: Wolte jemand sagen: Wir beweisens auf der Schrift/ (*Corpus Christi in sacra cœna esse corporaliter præsens*) Nemlich auf der Einsetzung des Hellenen Abendmahls. Den da stehtet / dass wir den Leib Christi Mündlich Essen sollen: Weiches aber doch nicht Natürlich/ sondern übernatürlich geschehen kan. So Antwortet wir. Dieser beweis ist petitio principij.

(2) Ratione causæ efficientis.

*Circa causam efficientem principalem, utpote Christum salvatorum, secundum carnem atq; sanguinem, illi supremo Cœlo, ut adesse Ecclesiæ suæ militanti non possit, ad extremum usque diem includunt, Quode Admonit: Neostad: c. 3. pag. 88. auditur: Jatis est, quod scimus Dominum sua humanitate post Ascensionem suam visibilem & Localem ad Judicium Mundi, visibiliter & localiter versari in Cœlo, id est, in Domicilio illo Belto, DEI & sanctorum Angelorum. Atque hinc etiam depravationem loci Aet: 3.21. quem oportet Cœlo capi usq; ad temporarestitutionis omnium, ut veram interpretationem propugnat p. 89.*

Longe aliter docet Augustana Confessio, (quam ideo adducimus, & in sequentibus etiam adducturi sumus, quod dissensus internos & Calvinianos evidentior evadat.) Hæc enim Ascensionem Christi θεαυθεων & sessionem ejus ad Dexteram ita describit; quod importent dominum perpetuum super omnes creaturas, non per circumscriptionem quandam localem: verbâ ejus hæc sunt: *Ascendit ad Cœlos ut sedeat ad dexteram Patris, & perpetuo Regnet & Dominetur omnibus creaturis sanctificet credentes in ipsum &c.* Quibus verbis Christo, Dominum secundum Humanam Naturam, sedenti ad Dexteram DEI vindicet divinum, adeoq; omnipresentissimum; quia divinum Dominum, non potest cogitari sine omnipresentiâ.

DE

DE Causâ Ministeriali Reformatorum, hæc est sententia: *Circa causam ministerialem*  
*Faris offerri à Ministro panem, & audiri voces Domini: Accipite sam ministerialem*  
*Edite: Hoc est Corpus meum &c. & accipi id quod datur à Ministerio*  
*stro, Edi panem Domini, ac bibi de poculo Domini: Intus interim*  
*opera Christi per Spiritum Sanctum percipi etiam carnem atq; san-*  
*guinem Domini: Corporaliter autem manducare non posse carnem*  
*Christi, citra flagitium aut truculentiam; que expresse ita in Confess:*  
*Helvet: Art. 21. pag. 71. habentur; & postea in Summario Confess:*  
*Art: 22. hanc explicationem merentur: Quod Dominus Corpus &*  
*sanguinem ipsum, id est seipsum suis verè afferat, ut magis ma-*  
*gisq; vivat in illis & illi in ipso: Non quod pani & Vino Corpus &*  
*sanguis Domini vel naturaliter uniantur, vel localiter includantur,*  
*velnulla hic carnali presentia adesse statuantur; sed quod Symbola*  
*sint &c. Huc spectat dictamen Confessionis Basiliens; Art: 7. quod*  
*in Cœnâ DEI præfiguretur & offeratur, una cum Pane & Vino, Do-*  
*mini Verum corpus & Verus sanguis Christi, per ministrum Ecclesie,*  
*ita ut naturale & substantiale corpus Christi plane excludatur: Quæ*  
*& similia leguntur in Confess. Gallic: Art. 38.*

At vero nos cum A. C. credimus & docemus *In sacra Eucharistia Distributo à Ministro verbi Pane & Vino Benedicto, distribui simul ab eodem Corpus & sanguinem Christi vescientibus vi verborum, edite hoc est Corpus, bibite hoc est sanguis Christi.*

(3) *Materiam tollunt. Né de Terrenâ dicamus, cuius loco Panem ex pulvere radicum atque asellis tostis confectum unum aquâ simplici aut alio potionis genere substitunt. Panem azymum urgent, & Ecclesiæ obtrudunt, quod ex praxi Calvinisticâ accepimus; Cœlestem simul plane respuunt. Nam illis nudus ac solus panis, nudum ac solum vinum sacramentum facit, quæ signa saltem corporis & sanguinis Christi tanquam signata sunt & manent. Ad hujus rei evidentiam non pigrabimur ascribere Confess: Harm: Ecclesiar: Gallicar: atq; Belgicar: nomine edit: Verba in observ: sect. 14. obs. 1. Nec in, nec cum, nec sub Pa-*

ad eesse re ipsâ Corpus Christi, aliter quam hâc sacramentali ratione dicimus, tum, quod verum Corpus sit suo locali situ circumscriptum, tum quod de terris verè supra Cœlos omnes as pectabiles ascenderit, ibique permanensurum sit. Et Verba Confes: Helveti Art. 21. p. 73. Corpus Domini & sanguinem ejus, cum pane & Vino non ita conjungimus, ut panem ipsum dicamus esse Corpus Christi nisi ratione sacramentali; Corpus Christi in Cœlis est ad dexteram Patris, sursum ergo elevanda sunt corda. Sol absens à nobis in Cœlo, nihilominus efficaciter præsens est nobis; quanto magis sol justitiae Christi, Corpus in Cœlis absens nobis, non Corporaliter quidem, sed spiritualiter per vivificam operationem.

Econtra Nos constanter iterum cum A. C. credimus ac do-  
mus: In sacrâ Cœna que eadem juxta Christi Institutio-  
nem in his Terris celebratur verum substuntiale Corpus &  
sanguinem Christi Vera reali, & substantiali Præsentia ad-  
esse, ut in, cum, & sub Pane Eucharistico, Corpus Domini,  
in, cum, & sub vino Eucharistico, Sanguis Domini distri-  
buatur, vi verborum institutionis in A. C. sic definitorum:  
ecclesie nostræ magno Consensu docent, de Cœna Domini,  
Quod Corpus & sanguis adsint & distribuantur vescen-  
tibus.

Porrò citra Formam insuper hallucinantur. Non urgebo  
**Circa forma** jam, quod Eorum plurimi, ratione δόσεως ἀρεκτατιαν Vini inq;  
**item causam** poculum infusionem, ceu partem Essentialem poscant & quod  
hujus sacramenti acceptioem manu fieri debere clamitent; sed  
quod omnino maximum est. unionem sacramentalem penitus  
quod solvant, loco κοινωνίας substituentes menum analogiam, quæ  
panem atq; Vinum saltem repræsentet, nequaquam exhibeat: Sic  
enim expressè docet Confes: Harm: Ecclesiar: Gallic: & Belgic:  
nomine Edit: observ: i. sect. 14. resistas significatas, Corpus, atque  
& sanguinem Christi affirmamus, imo non aliter, quam sacramentali-  
ter esse cum signis conjunctas; cuius quidem conjunctis sacramenta-  
lis

lis veritas non in eo sita sit, ut ubi unq; signum adest; adsit res signo  
repræsentata sed in eo, ut, quod addito signo, Deus promittit ve-  
rè, id quod sumendum ipse præbeat. &c.

Nostra vero est Confessio: *Credimus & docemus in sacra Eucharistia distribui Verum Christi Corpus juxta cum pane & Benedicto edendum & Sanguinem Christi juxta cum vino benedicto bibendum, una eademque sacramentali manducatione & bibitione vi verborum: Edite hoc est Corpus bibite hoc est sanguis.*

Pariter & Nos Lutherani circa subjectum credimus ac docemus: *Non tantum dignos atque fideles sed etiam indignos & incredulos qui ad Sacramentum cœnæ accedunt Corpus & sanguinem Domini ore percipere, et si hi percipient ad Judicium uti Expressæ in A. C. Definitur quod nempe Corpus & Sanguis Domini vescientibus quibusvis in Cœna Domini distribuantur.*

Secus docent Reformati, quando negant impios & Fide Vivâ destitutos Corpus Christi manducare, vel ullo modo Christi participes effici. Id quod Anglic. Confes. Episc. in Syntag. p. 133. totidem verbis exprimit, & Confess. Belg. art. 36. pag. 183. ita effert: *Malos recipere quidem sacramentum in suam condamnationem; at rem seu virtutem sacramenti non recipere.*

Sic Quando de Effectu sacræ cœnæ inter nos: & Reformatos Quæritur: toto Cœlo rursus discrepant à Nobis Nos enim.

I. In genere credimus ac Docemus: *SACRAMENTA ESSE CAUSAS INSTRUMENTALES GRATIÆ, REMISSIONIS PEGCATORUM, ET SALUTIS.* Quod dum nauseant Reformatæ partis Fratres in alia omnia iterū abire sibi præsumunt, sacramenta nuda professionis signa aut sigilla Gratiam jam ante collatam vel postmodum conferendam significantia, dicentes; imo usum Sacramentorum solum per modum Commonefactionis qualis etiam ex picturis sumi potest, excitare fidem statuentes: Confer Paræn in Exeg. Doctr: Pal. p. 82. Et Hulderic. Zwingl. in Conf. Fid. ad Carol. V. Ars. 7. Cujus verba digna anathemati sunt: *Credo,*

Circa subje-  
ctumCirca effec-  
tum

in genere

*Credo; inquit, imo scio omnia sacramenta tam abesse, ut gratiam conferant, ut ne adferant quidem aut dispensent; Prorsus ita loquitur Confes. Palatin. p. 204. Cui usus sacramentorum primus ac præcipuus sunt certæ sigilla actestimonia Voluntatis atque gratiæ DEI erga nos.*

*In specie*

2. *In specie Nos effectum Cœnæ Dominicæ dicimus applicationem promissionum Evangelicarum, ad quodvis hominum Individuum juxta salvatoris nimirum institutionem, ad Discipulos, primum illud percepturos, verba facientis: Hoc est Corpus meum quod pro vobis datur: Hic est Calix Novi Testamenti in sanguine Meo, qui pro Vobis effunditur. Luc. 22. v. 19. 20. Quorum verborum sensus redit huc, in Evangeli Christus se omnium salvatorum exhibet, nusquam in singulari de uno quovis homine dicit Ego pro te Michael, Melchiore, Christiano, &c. sanguinem fudi: Ut igitur Ipse Christus Generalem sui meriti declarationem ad homines etiam singulares applicet, offerendo sacram Eucharistiam, unicuvis hoc testatur: Ede, hoc est corpus meum quod pro te traditum est; bibe, hoc est sanguis qui pro te effusus est in Remissionem Peccatorum; quæ est præcipua efficacia & Virtus Cœnæ Dominicæ. Ultro ergo dabitur quod qui Communiantibus in cœna sacra, promissionem Evangelicam & Individuificam ejusdem applicationem demat, is quoq: sacramentum ipsum sua spoliat Virtute nec non efficacia.*

At vero hoc Reformati faciunt, quod Nicol: Hun: in *diacon.* p. 14. Medio petito ab unico Fundamento huc efficaciam substrato probat, & est *meriti Christi universalitas*, quam cadmæi Fratres inficiantur: Ex mente ergo ipsorummet sequetur Christum non testari omnibus ac singulis communicantibus, suum Corpus, pro ipsis omnibus ac singulis esse traditum; quod est suam sacramento vim & efficaciam sublegere.

§. 4. Secundo, in *Articulo de Persona Christi* dubiam atque disceptatam saltem mansisse quæstionem dicit hanc; *utrum Verum Corpus Christi a diaconi raro, seu secundum indistantiam loci sit ubiq?* Ubi vicissim prætextibus rem agit; qui tamen ipsi à nobis ita sunt monstrandi:

Si

*Diffensus in articulo de Persona Christi.*

Si Reformati in Loco De Persona Christi dissentiant à Nobis  
quoad ipsum atque totum incarnationis opus scilicet quo-  
ad Christitum personam ratione causarum internarum &  
effectuum, tum officium utique non in hoc solum punclo de  
ubiquitate & omnipræsentia, sed etiam in alijs quam plu-  
rimis iisq; gravioribus à nobis absunt.

Sed Verum est prius Ergo etiam posterius.

Illud vero sic deducere juvat, & quidem circa causas internas:

i. Credimus ac docemus cum A. C. quod Verbum hoc est  
Filius DEI assumserit Humanam Naturam, ut sint duæ Naturæ  
Divina & Humana in unitate Persona inseparabiliter conjun-  
ctæ, unus Christus ita animirum, ut nec Humana Natura sit ex-  
tra verbi Personam vel Naturam Divinam, nec Verbi Per-  
sona vel Natura Divina sit extra Humanam Naturam, post u-  
nionem Personalem.

Quibus haud parum derogat Pars Adversa docens:

(1) Humanæ Christi naturæ Personam Filij DEI Realiter de Commu-  
non esse Communicatam, uti factum à Wittebergens. Crypto-Cal-  
vinianis. Disputat. Anno 1570 habit. & Joephō Grabio qui in Refu-  
ti lib. i. D. Hun. de Person: Christi p. 49. Monstrosam dicit verbo-  
rum formam; λόγον ταῖσαν suum realiter communicare car-  
ni: Et Anonym. in Anthitron. Schrod. oppos. p. 114. ubi prolix  
disputat: Hypostasin Filij DEI non esse communicatā Carni: Nec  
non Johanne Piscatore, qui in quest: Miscell:quest: 8. p. 373. negat  
rectè dici: Personalitatem Filij DEI communicatam esse carni  
Christi. Nec probari possunt aut conciliari facile cum vera &  
reali hypostaseos communicatione illa Reformatorum axiomata  
& effata quibus nullum omnino proprium communicari posse con-  
tendunt (quum subsistentia & λόγος proprietas personalis sit Filij  
DEI;) Finitum non esse capax infiniti præcisè urgent, (cum Hypo-  
stasis & λόγος non minus sit infinita quam Essentia ejusdem) &  
Actum personalem Humanæ Christi naturæ derogant cum Ant: Sa-  
deele de Verit: Hum: Christi Nat. dist. 7. p. 123.

(2) Ita

Dē tō Extra (2) Ita totam λόγον esse in Humanitate assumpta, ut idem, Calvinistico totus sit extra Carnem; Videatur Theodorus Beza in Colloq. Möpelg. p. 321. Matthias Martinius in Menz. Anti Nuthetum. c. 2. p. 35. &c. u. p. 154 seqq Ludov. Crocius Apologet. Disput. 13. p. 377. Joān Maccov. Col. ae Mediat. Disp. 5 p. 211. quō redit, quod Adonit. Neostad. c. 8. p. 269. habet: λόγον eundem & totum esse intra & extra Corpus suum. A quo nec abludit Catech. Heidelb. (cujus doctrinam Verbo DEI in omnibus esse consentientem, neque ea quicquam contineri, quod ut minus eidem consentaneum mutari sive corrigi debeat, declaratum fuit in Synod. Dor. seβ. 148 omnium tam exterorum quam Belgicor. Theologorum suffragijs, p. 317 ut proinde eam pro universalis scripto agnoscat Lud. Crocius in Exam. descript. Cal. D. Hoë p. 176. quest. 48.) Huc spectantl qui similibus prorsus dissimilibus, *partialem inadæquatam & impro priam unionem* inferentibus, personalem unionem describunt, & Nestorianum illud extra illustrant; ut cū λόγῳ Humanæ Naturæ unitus confertur cum *Corpo re Solis unito orbi suo*, cum capite hominis unito pedibus cum *Legione Demoniorum in misero illo Homine* cuius Marc. 5. & Luc. 9. mentio injicitur. Vid. Theod. Beza in Resp. ad Brent. Argum. Tom. 2. oper. p. 511. 512.

II. Ad Formalem rationem incarnationis pertinet imprimis *unio & Communio Naturarum*; Hinc Credimus & Docemus juxta A. C. propter unionem personalem duarum Naturarum uerū esse Christum vere DEum, & vere Hominem, non, quod Deus tantum sit secundum Divinitatem; Homo secundum Humanitatem; Hoc enim fluit ex ipsa natura & proprieate, non ex unionis beneficio, sed quod Deus sit & Homo Deus; tum ob personæ identitatem, tum ob Veram & Realem Naturarum communicationem, quā Divina natura se Humanæ & hanc illi se vicissim realiter communicavit in unione Personalis. Contradicunt hic nobis Calviniani rursus multifariam.

(1) tel-

(1) tollunt matuam unitorum præsentiam; cum negant: Humanam Christi Naturam, esse, ubi est Divina Natura; imo Divinam Naturam innumeris ubi præsentem faciunt, ubi Humana Natura minime præstò sit; id quod ex Admonitione Neostad: ceu scripto publico à Masson: in Anatom. c. 2. p. 183. excerptum legimus.

(2) profitentur, se se talem solum unionem admittere, in quā manent singula Naturæ perse, citra ullam aliam Communicationem, ut Collocutores Mompelgartenses Reformati in Resps. ad Thes: de Pers: Christi ad 8. & 9. p. 205. Confer. Admonit. Neostad. c. 8. p. 256. Alting. part. 2. LL. CC. p. 523. Mares: cont. Tirin.

(3) Nonnulli cum Davide Pareo in Iren. c. 28. Art. II. Propositiones Personales ita interpretantur; quod Christus Homo realiter & substantialiter sit Deus, Deitate suâ, & Christus Deus: realiter & substantialiter sit Homo Humanitate suâ.

III. Effectus incarnationis nobis est communicatio idiomatum. Hinc ergo iterum Credimus & docemus cum A. C. Unionem Personalem consecutam esse veram & realem idiomatum communicationem, quæ realis sit, non respectu Personæ, sed & respectu Naturarum, adeo ut vere & realiter divina de Homine & Humana de Deo prædicentur in unione:

Credimus etiam & docemus: Verbum infirmitates & Passiones Carnis assumtæ sibi non minus verè & realiter appropriasse, quam ipsam carnem, ut quam vere particeps factus est Filius Dei carnis & sanguinis nostri, tam verè natus, passus, mortuus dicatur Deus in A. C. citra ullam vel Synecdochen, vel allæosin, qua, quæ, uti vere passus crucifixus mortuu dicitur Deus de Filio Dei dicuntur non de ipso Filio Dei, sed de Humana ejus natura intelligenda esse asseruntur.

Credimus insuper & docemus; Majestatem Divinam vere infinitam & immensam, Humanitati Christi in Unione Personalis

sonali convenire, non per Physicam aut aliā quamcunqz, realem transfusionem, non per Naturarum exequationem & Cōfusionem, sed per veram & realem Communicationem ad communem possessionem, usurpationem & denominationem, salva Naturae Humanae Veritate.

Porrò credimus & docemus; Humanam Naturam per Unionem personalem participem factam esse potentiae, non solum finitae, aut quodammodo infinitae, sed vere infinitae increatae & immensae potentis ipsius Filij Dei & que ut particeps facta est infinitae Filij Dei subsistentiae:

Sic credimus & docemus; Humanae Christi naturae communicatam esse Divinam omniscientiam per unionem personalem, non autem solum scientiam summam finitam.

Item credimus & docemus juxta Synodi Ephesinae tenore; carnem Christi per unionem Personalem qua est & λόγος omnia vivificare valentis propriè vere esse vivificant, non alia à λόγῳ Virtute diversa, sed ipsius λόγῳ Virtute vivificant, personaliter sibi communicata.

Ulterius credimus & docemus: Humanam Christi naturam quam in unitate personae inseparabiliter conjunctam cum Divina asserit Augustana Confessio per & propter unionem illam Majestate omnipresenti & gaudere (ad cuius plenarium usum admissa est per sessionem ad dexteram Dei) adeoque juxta cum Divina Natura omnipresentem esse, vera, reali, substanciali, efficaci, praesentiâ, citra tamen vel diffusionem vel expansionem, aliam ve localem Physicamqz conditionem.

Credimus & docemus: Humanam Christi Naturam in unione personali una eademqz adoratione cum divina Filij Dei natura non diverso vel inferioris gradus honore colendam & adorandam esse, juxta Synodi Ephesinae canonem.

Tan-

Tandem credimus & docimus: in actionibus officij Christi utramq; naturam agere, quod suum est cum alterius Communicatione, ita ut Deitas appropriet sibi, quod humanum est & Natura Humana agat ex Communicata sibi virtute Divina, ut vere sit & dicatur actio Theandrica DEI Virilis, non Divina tantum aut Humanæ tantum sed Divina - Humana - Humana - Divina, sicut vere dicitur Christus Deus & Homo.

Sed huic nostræ rursus è diametro est contraria Confessio Reformatorum, qui.

1. Cum Admonitione Neostad: cap. 8. p. 250. *Communicationem idiomatum esse realem, respectu personæ, sive à Deitate, sive ab Humanitate suâ denominatæ, verbalem vero, respectu naturarum dicunt.*

2. Rursus cum *Collocutoribus Mompelgar. Reform. pag. 213.* Deum passum, Mortuum esse realiter quatenus Homo est, non concedunt sed nominet enus saltem, quatenus est Deus; unde sane enunciationem: qua DEUS dicitur passus sic interpretantur: DEUS, id est Caro, Deitati unita, est passus: quæ & Zwinglij erat interpretatio in Resp. ad Luther. Confes. Tom. 2. oper. fol. 457. nempe ut, cum DEI filius pati vel mori dicitur DEI Filium pro Humana Natura in Christo accipiamus, quam sanctam & innocentem vocat alioquin ubi totus Christus pro alteri duntaxat Natura, aut altera natura rum, pro altera ponitur. Hic Zwinglianæ allæosi gemina est Synecdoche Job. Piscat. Herborn. l. 10. de Pers. Christi thes. 23. seqq. pag. 217. Vol. 1. Thes. Theol. Job. Scarp. p. 788 & aliorum.

3. Ex eodem loco p. 251: Negant realem communicationem idiomatum, in Naturis ex unione consequentem & Humanitati realiter communicari Divinas proprietates Essentialis; Afferunt autem pag. 256. non aliter Humanitati communicatam esse omnipotentiam & alias proprietates Dei essentiales, quam ipsam Deitatem: Deitatem autem non esse realiter datam, vel communicatam humanitati & criminantur per realem communicationem idiomatum, non tantum fenestram, sed latam portam aperm Arianis & Si am & tenianicis blasphemis, Confer orthodox. Confess. passim *Aufführlichen Bericht Palatinorum. pag. 290. seqq.*

Kurzer anhang eorundem p. 225. seqq. Endliche überweisung p. 44, Ex adverso vero profitentur; *summa quidem dona Deitatis*, quæ in creaturam cadere possunt, & *quorum capax est Humana Natura*, in Humanitatem Christi collata esse, sed hæc dona non esse proprietatis Dei quin potius *habitualia creata dona* quæ Humana Natura in se habet, quibus omnes creature superat. *Theod. Beza. in Colloq. Mompelg.* pag. 265. *Hieronym. Zanch. in fid. de Relig. Christ. c. ii. num. 12. D. Johan. Bergius in Unterschied vnd Vergleichung der Evangelischen q. 34. n. 2. & Disp. Francofurt: Analyse: de Pers. Christi Thes. 285.* Ubi ex unione sequi ait, communicationem idiomatum secundum analogiam & similitudinem qua  $\lambda\delta\gamma\Theta$  in Natura assumpta similem non æqualem Divinæ sapientiam, sanctitatem, potentiam efficit seu effundit, quo illa in se formaliter intelligit & operatur.

4. ex eodem loco p. 255. negant Humanam Christi naturam omnipotentem esse, *Syntag. vero Confess. in Palat. Confes.* p. 208. docent: Non Humanam naturam Filij DEI, Domini Nostri Jesu Christi; sed Hominem Christum, juxta divinam suam Naturam, omnipotentem esse: Adscribunt Humanæ Christi Naturæ, solam potentiam seu Virtutem creatam, quæ omnipotentia Minor, Major tamen robore & Virtute omnium Angelorum atque hominum sit. Vid. *Johan. Berg. Disp. cit. thes. 246. seqq.*

5. pag 87. contrâ Naturam Finitam esse, omniscium simpli citer esse garriunt, atque sic Christo secundum Humanam naturam non nisi creatam sapientiam, quæ tamen omnium Angelorum atque hominum sapientiam superet, assignant. Vid. rursus *Berg. disp. cit. Thes. 285.*

6. Carnem Christi non esse vivificatricem eâ vi, & Virtute, quæ est, propriâ Deitatis, atque prorsus  $\alpha\kappa\omega\omega\nu\tau\Theta$ : sed, primò quoniam in hâc carne Christus mortem pro nobis abolevit, deinde, quia non nisi hujus carnis spiritualiter nobis per fidem communicatæ, inter ventu, vitam illam æternam, ex Christo Deo, & Homine, nanscicimur: Ita statuunt *Colloc. Mompelg. in Resp. de Pers. Christi ad thes. 15. p. 208. Lambertus Donaeus in Exam. Chennit. p. 307. Job. Berg. disp. cit. thes. 201, 202.* qui Syrcochen dicit in

in propositione, *Caro vivificat*, ubi nempe caro, non ut unita solum  $\lambda\epsilon\gamma\omega$  sed ut data pro mundi Vitâ, adeoq; tota Passio & Meritum Christi intelligatur & mentione medij seu organi etiam causa principalis, ipsum nimirum verbum vitæ, cuius est caro, cōprehendatur nec Virtus nisi organica in carne supponatur, & in unterschied und vergleichung qu. 36. die Lebendigmachende kraft und reinigung unserer sünden/wird dem fleisch und blute Christi zugeschrieben/nicht als eine wesentliche eigenschaft der Gottheit/ Sondern als die kraft und frucht seines leidens/und ist gleich so viel gesagt: Mein fleisch giebet der Welt dass leben/Dass ist/ dadurch empfahet die Welt dass leben das ich vom Himmel kommen/wahres Menschliches fleisch ange nommen/und dasselbe für das leben der Welt dahin gegeben. Pollicem huic premit Novitius in vicinia Sachsius in Nothwens digdn vnterricht c. 4. p. 67.

7. Derogant passim Humanæ Christi Naturæ Majestatem omnipræsentie, eamque varijs & horrendis calumnijs infectantur. Ita Confes. Helvet. negat Christum secundum Humanam Naturam adhuc esse in mundo, adeoq; esse ubiqz. In Syntag. Confes. p. 34. art. 11. Conf. Palatin. in syntag. Cf. q. 208 ait: Non Humanam naturam Filij Dei, sed Hominem Christum juxta Divinam suam Naturam ubiqz præsentem & efficacem esse. Admonit. Neostad. c. 8. p. 265. rem similitudine illustrat hoc modo; sicut simia semper est simia, etiam induita Purpura, sic ubiquitas Corporis, semper est monstrorum figmentum, quo cum nomine eam cupiant insignitam, sive Majestatem, sive modum dextræ DEI, sive Esse Personale; sive omnipræsentiam sive realem Communicationem idiomatum, sive proprietatem communicatam, sive dispensationem, sive actum primum sive secundum.

8. Contendunt adorari Hominem non in se ipso, sed  $\chi\alpha\tau$   $\ddot{\alpha}\lambda\delta o$  id est verbi respectu, cui unitus est: sicut civiliter adorari dicitur Corona Regis, eâ ipsâ adoratione civili, quæ Regi coronato tribuitur, ut ut adoratio in coronam sive sceptrum non feratur. Vid. Bez. Vol. 2. Apol. 3. ad Selnec. p. 473. Hinc Collocut. Mompelg.

p. 344. Totum Christum adoramus, sed non Totum Christi; id est, Humanitatem cum Deitate; quod similitudine explicabimus: Regem vel Principem adoro, purpuratum, coronatum, dextra tenetem sceptrum; in illa adoracione non respicio, vel ad coronam, aut ad purpurn, aut ad sceptrum: Eodem modo, in adoratione religiosa Christi invocationem dirigimus ad Filium Dei seu Divinitatem: ius tanquam ad unicum proprium objectum religiosae adorationis & non ad Humanitatem ejus: Lamberti Danæi in Exam. Chem. p. 417. Mens & verba hæc sunt: Qui ad ipsam Christicarnem (etiam in illa unione Personæ manentem) suam invocationem aut adorationē dirigit, is ex ipsis Dei ore maledictus est Jerem. 17. vers. 5. Vid. & Apol. ejusd. ad Jac. Andr. in Oper. fol. 1551. Hier. Zanch. l. 2. de Incarn. Filij Dei col. 1981. è vi verborum scripturæ evinci non posse, carnem adorandam esse, eâ scilicet adoratione qua Deus adorandus est. Alij distingvunt invocationem Divinæ Christi Naturæ, & Humanæ gradu, quod, quemadmodum Fides ipsorum tribuit Christo Divinam gloriam, & gloriam Deo proximam, pro discrimine naturarum: Ita invocatio tribuit Christo, quod ei secundum utramque naturam debetur ac petat, ut in opere exauditionis, tanquam officij apotelesmate, secundum utramque naturam agat, quod cujusque naturæ proprium est, hoc est, inspiciat corda, audiat gemitus, det Spiritum Sanctum; aliaq; bona immensa Deitatis suæ sapientia, bonitate ac potentia, approbet preces, & exauditionem etiam humana voluntate, Joh. Bergius disp. cit. Thes. 193. Inter duplēm honorem, alium λόγω & alium carni debitum distingvi ait, non ut duplēm propriè adorationem, sed ut in eadem adoratione principalem respectum, ad λόγον tanquam fontem bonorum; secundarium, ad carnem cepit causam Instrumentalem: qui geminus respectus non minus est gemina atque diversa adoratio, quam diversa est species, excellētia virtutis, organicæ carnis (quam solam illi tribuit Bergius) & potentiae infinitæ τὸ λόγον & quam diversa est utriusque excellētiae apprehensio & veneratio. Gisbertus Voetius in disp. Select. 30. p. 527 hoc, ceu hypothesin communiter supponi, contra librum Concordiæ à Reformatis obseruat, Christi carni propter Com.

Communicatam omnem divinam potestatem, & gloriam non  
deberi cultum ad orationis divinæ, & inficiatur Christum quæ  
Mediatorem esse adorandum, in quam sententiam etiam addu-  
cit veteranum Theologum Rivetum, ut & Francif. Gomarum Po-  
lyandrum à Kerckhoven. E recentioribus, Maccovium Isaac. Juni-  
um, Vedelium, Abraham. Heidanum, Jac. Laurentium, Johan.  
Clutonem, Carolum de Maëz, Henricum Diestium; ex antiquiori-  
bus Piscatorem, Cramerum, Zanchium, Cartvrichtum &c.

9. Circa actiones officij Christi ita docent; non Humanam Chri-  
sti Naturam sed Divinam miracula edidisse, Christum ideo vivi-  
ficare & sanare, quia, ut inquit, Athanasius, Deus Homo accea-  
pta servi forma vocatus est Christus, & ad ea efficienda non plus ca-  
ro Christi quam ad edita ab Apostolis miracula Caro Apostolorum  
contulit; aut virga Mosis, ad edenda miracula Mosi profuit, verba  
sunt, Danæi in Exam. Clem. p. 118. quem defendit Theodor. Beza,  
prefat. in p. 1. Resp. ad Art. p. 13. Admonit. Neostad. cap. 8. p. 273.  
Sunt aliae in hoc opero Theandrico Divinitatis, aliae Humanitatis par-  
tes: Divinitas vivificat & purgat per Spiritum S. accendendo in  
cordibus fidem, conversionem & vitam eternam & inserendo nos  
nemissa humanae tanquam capiti, resuscitando & glorificando Ec-  
clesiam: Caro & Sanguis vivificat & mundat nos, dum pro nobis  
traditur & effunditur & haec ejus traditio & fusio à nobis apprehē-  
ditur. Johan. loqui non tantum de merito, sed etiam de ex purga-  
tione peccati, cum dicit, Sanguis Christi mundat nos ab omni pec-  
cato, nec posse probari, cū Spiritus S. cuius operatio propria est re-  
generatio, non possit dari per carnem, sed per Deitatem Christi, &  
p. 253. Non caro dat Spiritum S. & operatur Vitam eternam, sed  
λόγος qui in carne illa habitat.

§. 5. Tertio tandem ex articulo de prædestinatione solùm de  
illa questione inter Nos & Calvinianos disceptari vult Reicheli-  
us: An Electio facta sit ex fide prævisâ? neque hanc ab omnibus &  
omni tempore in dubium vocari, superaddit; distinguit enim in-  
ter Lutherum, quem ultrò concessisse questionem hanc exsertis  
verbis pronunciat, è Lutheri libro de Servo Arbitr. item è Formu-  
la Confess. Marpurg. atq; insuper ex præfatione in Epistol. ad Rom.

de tertio ge-  
nere commis-  
sionis,

Dissensus in  
articulo de  
prædestina-  
tione.

Et

*Lutheranos seu Lutheri posteros, quos in causa hic ab Authorre suo discessum fecisse autumat; Nos Respondemus*

I. Nullibi & nunquam Zwinglianis in hac causa favisce aut palpum fecisse Lutherum, nedum horrido ipsorum decreto, calculum suum addidisse, cum errori huic crasso statim ab initio se opposuerit veluti ē Tom 5. Jen. fol. 561. liquidò appetet.

*An Lutherus  
in libr. de  
servo Arb.  
Calvinianis  
faveat?*

Quod de servo Arbitrio librum attinet, in eo certè non Calvinianorum de absolutâ necessitate, absolutoq; Electorum decreto dogma approbat, sed duriores saltē atq; difficiliores phrasēs ponit, quas ex Eo equidem tum temporis non invitus, Adversarius extorserat; cuius assertionis nostræ scopus hujus scripti primarius fidem faciat; nec enim animus Lutheri fuit, agere de Prædestinatione aut Electione, sed de Libero Arbitrio in spirituā libus. Hic enim inquit Lutherus p 174 B. (§. igitur non est religio sum) est cardo disputationis nostræ: hic versatur status Cause nostræ. Et p. 171. §. breviter videamus: Extravires consilia nostra in Solius Dei opere pendere salutem nostram: Quod intra in Corpore disputationis spero me evicturum. Si ergo, verba sunt Domini D. Martini in Appen. disput. de causa peccati per Acc. in hoc disputationi & adversarium urgendi modo, quedam difficiliora, duriora q; vi dentur infirmioribus, quibus tam sublimia capere aut fine offensione audire datum non est, ut dicebat Selneccerus, illi cogitent, ista à Luther, non tam propter se erudiendos, esse inserta, quam propter Adversarium versutum, callidum, & flexi loquum, tentandum urgendum & confutandum: Qui dum nihil voluit assertum rursus tamen assertor videri velit, ut de ipso loquitur & queritur Luth. in initio hujus libri pag. 161. quemq; tum omnes admirabantur inten-  
tiq; oratenebant & avidissime exspectabant percipere, quomodo ser Lutherus ab hoc Achille & forti armato victus & prostratus es-  
set. Interim illa difficiliora, nonnullis visa, sunt talia, ut neminem cordatum & sine præjudicio sincere arbitrantem, turbare & of-  
fendere possint. Quando enim, integer liber, debitâ diligentia &  
attentione; quam omnino requirit accunatiore perlustratur, singula studiose examinantur, sententiae inter se recte conferuntur, facile  
apparet Lutherum se ipsum sufficienter explicare & nihil omnino in libro

libro illo, quod sit contra orthodoxam Veritatem, nihil quod erratibus Calvinianorum faveat vel inserviat contineri. Huc spectant ea quæ Dn. D. Meisnerus P. M. in *Anthropolog.* decad. 3 Disp. 23. in posteriore Edit: Disp. 3. qu. 2. §. 66. hac de re prodit. Lutherus inquit libellum illum de servo Arbitrio, confecit ante certamen Calvinisticum, ideoq; non nihil securius est locutus, non secus atq; alij Patres, qui Adversarijs nondum exortis, multa scripsérunt incáutius. Et post pauca: Idem alijs contingit quod securius locuti fuerint, quam diu nullos alios habuere Adversarios. Mens quidem orthodoxa fuit, sed lingua liberior, ut de illis dici possit, quod Scaliger de *Antiquis Philosophis*, quod bene senserunt, male sunt locuti: Hoc ipsum quoq; Lutherò evenisse depenbendimus: Quia enim bis de necessitate eventuū Gratiōne prædestinationis aeternæ, tum nondum mota fuit à Calvinianis, in multis securiores phrasēs adhibuit, quibus nunc factio Calvinistica abutitur, §. 69. autem docet, Lutherū correxisse, quæ securius ante fuerat locutus. Plura qui desiderat de hoc scripto Lutheri, adeat Analyſin totius Tractatus & vindicias locorum à Calvinianis adduci solitorum D. Johan: Behmij, qui ex professo eadem exsecutus est.

Pariter in *Form. Consens. Marpurg.* Consensus vestigium plane nullum est, nisi ex omissione capitī & articuli hujus de Prædestinatione consensum hunc exculpere quis velit; quod foret ἀπόποι. Plura tum Temporis Doctrinæ capita inter nos & Calvinianos, tunc & nunc enormiter disceptata, intacta manserunt, ob temporis puta angustiam, prout inliteris ad Electorem Philippus fatetur: Ergone statim & in illis cum Zwinglianis, Lutherum easdem tibias inflasse, extruendum erit? nulla ratione; nā à silentio vel omissione rei, ad ejusdem complacentiam & consenso nem nō valet cōseq. Ut taceā, quod tum nondum ita publica fuerit. An in pre- impietas Zwingiana in hoc fidei capite: Eide præfatione Ep. ad Rom: fat. Ep. ad tidē nil quicquā obtinebit Adversarius, quæ per omnia sano cōtextu fluit. Quod n. ex aeterna prædestinatione, originaliter promanare, quis credere vel non credere debeat, distinet, id eo sensu accipiendum est, quod cum decretum prædestinationis à DEO ipso, quem nemo prævenire potest, sit certa τάξη atque ordine limitatum, nemo ordinariē credere possit, nisi ordinem illum omni-

um primo à DEO institutum observet, ut ita originaliter ex DEI manu profluat omnis gratia, quippe qui sanxit illum ordinem, ut qui fidem cupiat concipere, eaque insuper salvari, verbo & sacramentis ad id Ecclesiæ concreditis utatur Breviter, vult hoc Lutherus: Fidem esse donum & effectum, non electionis sed gratiae DEI eligentis qui non solum de salute credentium decretum fecit, sed certa quoque media salutis & fidei præordinavit, absq; quo ordine vel nemo crederet vel salvaretur.

2. Negamus hanc unicam in hoc articulo de fide prævisa, quæstionem litem parere. Plura sunt, quæ desideratæ concordiax admittendæ nauseam nobis creant atque conciliant, utpote de Prædestinationis causis fere omnibus, de horrendo atque absoluto prædestinationis decreto. Nos enim.

I. Credimus & docemus: *gratiam DEI universalem* & ad totum genus humanum se porrigere, qua non tantum creavit nos in primis parentibus ad imaginem suam, ad æternæ salutis fruitionem, sed & universi humani generis in peccatum prolapsi miserereri definatur, omne s̄q; homines, quantum in se est, ab æterno exitio liberare & æternum salvare, serio vult, non tantum voluntate externa signi, sed & voluntate interna beneplaciti.

Dissentient hac in parte à nobis Calviniani, quando i. cum Theod. Beza de Prædest. Tom. 3. oper. p. 420. asserunt; *æternum* DEI decretum de gloria sua etiam in nonnullis, quos ipse usum esset per misericordiam servandis & in nonnullis justo judicio perdendis patre facienda non modo Corruptionis sed & integritatis, arg, adeo ipsius creationis propositum, ordine causarum antegredi, nec ejus propositi aliam causam dari posse quam semper sapientissimam & justissimam ipsius opificis veritatem. Hinc Francisc. Gomarus, in Synodo Dordr; objectum prædestinationis statuit hominem ante lapsum consideratum Ses: 107. p. 241. & Job. Maccovius LL: CC. Disp. 27, p. 132. objectum Prædestinationis ratione finis pre, ut est in intentione dicit hominem possibilem factu, sive creabilem; ut sic Deus statuisse censendus sit: *Volo potestatem in hominibus,*

item

59

itemq; justitiam pannientem & misericordiam manifestare, & quia  
hoc non potest fieri sine peccato, peccatum autē sine permissione, sine  
eo qui labi permittatur, ideo volo hominem creare, in lapsum per-  
mittere & labi; aut quando 2 cum Job: Calvinus statuunt: non  
pari conditione creari omnes, sed alijs vitam eternam, alijs damnationem  
eternam praordinari, è lib. 3. Inst. c. 21. num. 5. aut quando  
3. cum Embdanis negant; Deum secundum beneplacitum suum,  
serio velle omnes salvos fieri &c. ad Synod. Dordr. deputat. in Ju-  
dic. Exteror. p. 81.

II. Credimus & docemus: Deum toti humano generi or-  
dinasse & misisse Redemptorem Christum, eumq; ex intentione  
DEI Patris, loco & vice omnium hominum plenarie satisfecisse  
omnium loco ut sponsorem, mortem subiisse, debitamq; cau-  
sam persolvisse, ac omnes in universum satisfactione sua, Deo  
meritorie conciliasse & à morte eterna redemisse, omnibus  
deniq; gratiam, Vitam & salutem eternam, merito suo ex quo  
acquisivisse.

Deviant ab hac parte Calviniani, quando i. vel omnino ne-  
gant: Christum pro omnibus esse mortuum. Sic enim Reform.  
Colloq. Mompelg. Resp. ad Thes. de Praedest. p. 514. Nobis, inquit,  
intolerabilis vox visa est, Christum esse mortuum pro damnatis:  
Theod. Beza part. 2. Resp. ad Acta Colloq. Mompelg. p. 221. coram  
tota DEI Ecclesia profiteor ait, falsum, blasphemum, impium esse  
dicere, Christum sive quod ad DEI Consilium attinet, sive quod ad  
ad effectum, non minus pro damnandorum & eterno judicio adju-  
dicandorum peccatis crucifixum mortuum esse, & satisfecisse, quam  
pro peccatis Petri, Pauli, & omnium sanctorum; Deputati Synodi  
Geldr. in Judic. provinc. p. 101. judicant vim & dignitatem Paſſio-  
nis Christi sufficientem fuisse in ſe, ad tollenda omnium & singu-  
lorum hominum peccata: illud autem; Christum pro singulis ho-  
minibus mortuum esse, & singulis impetrare & obtinuisse crucis sue  
Morte, reconciliationem & peccatorum remissionem, falsum esse,  
justitiae Divinae contrarium, ædificationi ac consolationi, labo-  
rantium Christianoruſ non modo non utile sed & noxiū. Hel-

veticis in *Jud. Exteror.* p. 103. §. 1. 2. 5. Christum ex æterna DEI  
 Patris Voluntate atque Consilio, obedientia, & morte sua, re-  
 missionem peccatorum reconciliationem cum DEO, restitutio-  
 nem in gratiam, adoptionem, justitiam, coram DEO, Salutem  
 seu gloriam æternam, omnibus & solis Electis, atque  
 totius mundi cum V. tum N. Testamentifidelibus impetrasse sta-  
 tuunt. Embdenses in *Jud. exteror.* p. 129. Christum ex intentio-  
 ne, consilio, & decreto Patris pro Solis Electis mortuum esse  
 volunt. Deputat. Synod. Gallo-Belg. in *Jud. Provinc.* p. 165. th. 2.  
 dicunt; Christum reipsa pro nullis alijs mortuum esse, quam pro  
 credentibus, nec aliam fuisse voluntatem Patris, mittentis Filiū,  
 nec Filij ipsius morientis. Genevenses negant universales proposi-  
 tiones in scriptura, significare: pro omnibus & singulis hominibus  
 mortuum esse Christum, satisfecisse &c. ex consilio & Patris vo-  
 luntate. Palatin. in *Judic. exter.* 92. nec non Profes. Belg. in *Ju-*  
*dic. provin.* p. 99. n. i. Deput. Synodi Austral. Holland. rejiciunt  
 hanc thesin; premium redemptionis quod Christus Deus Patri ob-  
 tulit non tantum in se, & per se toti generi humano sufficiens esse, sed  
 etiam pro omnibus ac singulis hominibus ex decreto, voluntate &  
 gratia Patris, persolutum esse, in *Judic. provinc.* p. 112. n. 3. Ean-  
 dem respuuut quoque Fratr. Zeelandi, statuentes absolutam vo-  
 luntatem & intentionem Patris tradentis in Mortem & Filij eam  
 subeuntis fuisse persolvere Redemptionis premium pro solis Electis:  
 Proinde Solis Electis redemptionem & salutem per Mortem Chri-  
 sti esse impletatam *Jud. Provinc.* p. 122 ead. est sententia Deputa-  
 torū Trans. Ijulan. p. 147. & Deput. Grôning. & Omland p. 162. Ill-  
 traject. in *Jud. Provinc.* Th. 4 p. 128. Christus, ajunt, pro omnibus  
 & singulis hominibus non est mortuus, reconciliationem cum DEO  
 & remissionem peccatorum singulis non promeruit, nec impetravit,  
 justitiae DEI pro singulorum peccatis non satisfecit, sed quibus  
 reconciliationem cum DEO & remissionem peccatorum promeruit,  
 satisfactione sua plenissima ijs etiam omnibus & singulis applicat, &  
 contrariam sententiam falsam, gratiae DEI & gloriae Christi ini-  
 niciam esse, pronunciant, ac proinde eam in Ecclesia DEI refor-  
 mata non ferendam, judicant; vel utut (2) fateantur, Christum  
 semet

semetipsum dedit preium redemptionis pro peccatis totius Mundi, solutum esse preium pro omnibus, reprobant tamen ceu thesin heterodoxam: *Christi Mortem impetrasse omnibus hominibus restitutionem in statu gratiae & salutis, ut Theologi Britanni in Judic. Exter. p. 90.* Vel licet etiam (3) agnoscant, sufficientiam redemptionis universalis, non solum eam quae satis esse posset, sed quae omnino talis sit, quae satis sit, & quam Deus & Christus satis esse voluerint, Christum insuper meritum esse omnibus favorem DEI obtainendum reipta, si credant, & sic ex favore DEI justitiam atque vitam dicant etiam, Christum mortuum esse pro omnibus intentione salvandi: reprobant tamen, si dicatur, *Christum pro omnibus ac singulis, non modo, quantum ad sufficientiam, sed etiam quantum ad efficaciam & autem mortuum esse; contendunt ergo Christum pro Suis electis hoc sine mortuum esse, ut regenerationem, efficacem vocationem, justificationem atque glorificationem revera promoveretur & efficaciter communicaret, largiretur, applicaret; quae Matth. Martinij est sententia in Judic. exteror. p. 114 seqq.* Contendunt aequi latè patere reconciliationis atque remissionis peccatorum per Christum imputationem, eorumque beneficiorum applicationem, Heinr. Iselburg. 6. in Judic. Exteror. p. 173. vel quamvis quoque (4) Christum si magnitudinem & sufficientiam sacrificij atque autem respicias, omnium hominum peccata portasse, dissoluisse, & expiisse, morteque suâ, gratiam Justitiam & Vitam omnibus meritum esse, reconciliationem sufficientem omnibus acquisivisse, nec tantum ita sufficienter, quasi Mors Christi perfectissimum autem fit, omnibus hominibus sufficiens redimendis, interim tamen omnia hac ad conditionem hanc restringunt; scilicet, si modo omnes illud fide susciperent, quod tamen suscipere nequeant. Contendunt enim voluntatem Patris, & Christi præcipue fuisse, ut haec universalis medicina Virtutem suam & fructum (totalem & ultimum) infallibiliter & certò infidelibus & electis, quos cœlestis Pater iphi dedit, quosque ex singulari gratia, fide salvificâ donare decrevit tantu' sese ex sereret, ut orthodoxæ declar. Herm. Hildebr. (Judicijs Joh. Davenantijs Sarisburiens. & Joh: Halli

Exon. Epis: Andr: Riveti ut & Theol. Brandenburg. Hassiac: & Bremens. Comprobat.) Artic. i. n. 2, 4, 5, 9, 10, quodque ex liber-  
tima DEI voluntate quibusdam solum de facto efficaciter & in-  
fallibiter applicando, sit mors Christi salutifera, quod DEUS  
quosdam decreverit, non efficaciter liberare, quæ imprimis est  
Joh: Davenantij explicatio in Judic: ad Hildebr. p. 27. 31. (5) alij  
non tantum sub Hypothesi fidei, vel Solis credentibus sed toti hu-  
mano generi, Morte Christi re ipsâ gratiam acquisitam esse suffi-  
cientissime & efficaciter profitentur, sed, communem, quâ vocan-  
tur, & remissio peccatorum ijs offertur, non autem specialem, i-  
psam scilicet remissionem peccatorum quam Solis propriè fide-  
libus & impetratam & applicandam statuunt. Aut; omnibus im-  
petratam dicunt ut offeratur: Solis credentibus ut Conferatur ut  
Joh. Bergius & M. Agricola in Judic. ad Hildebr. p. 48. vel (7) con-  
cedunt etiam Christi mortem & redemptionem sufficere salvani-  
dis omnibus, etiam nonnulla efficere circa reprobos, sed maximam  
tamen differentiam statuunt, ratione illius pretij inter Fle-  
tros & alios, non modo, quæ eventum sed etiam quæ voluntatem  
DEI, nec voluisse Christum idipsum voluntate efficaci, pro alijs  
beneficia, quæ proprie sunt salutaria in eos pervenire Andr. Ri-  
vetus disp. de Justificati & Grat. DEI dispensat. thes 19. 20. p. 98. 99.

III. Credimus & docemus: Reprobationem non ex mero ab  
soluto & simplici beneplacito factam, sed ob finalem increduli-  
tatem DEum neminem absolute decrevisse, vel gratia salutife-  
ra preterire, vel in exitio & miseria communi relinquere, vel  
a salute eterna excludere nedum maximam hominum partem,  
absoluto, peremptorio decreto ad eternum exitium reprobasse,  
sed, prout condemnantur homines, eo quod non apprehendant  
per fidem salutem per Christum partam, ita ab eterno decre-  
tum fuisse, eos ob infidelitatem condemnandos.

Calviniani verò ab his plane diversum statuunt, nam (1) cū  
Joh. Calvin in instit. lib 3. c. 21. seqq. Theodooro Beza atq; socijs in  
Colloq. Mompelg. p. 516. Joh. Piscat. contra Schafm: de d. fi præv. p.

237. etiam in defensum eunt; Deum solo è bene placito, nullo  
 futurae incredulitatis vel impietatis respectu, Majorem hominum  
 partem aeterno exitio decrevisse: Deum sine ulla prorsus conditione  
 ad mortem reprobasse: Cum Hieronymo Zanchio l. 5. de Nat. Dei  
 c. 2. q. 3. f. 483, quando in reprobatione tria consideranda ponunt;  
 rejectionem ab ea gratiâ, quâ Deus nos elegerit à Christo, & ab ijs  
 gratiae effectis, ad quæ simus electi, eoque à fine aeternâ Vitâ rejecto.  
 rum ad usus non honestos deputationem & ordinationem ac destina-  
 tionem ad aeternam mortem, & totam hanc reprobationem, hoc est  
 tum rejectionem à gratiâ & gloriâ, tum destinationem ad dedecus  
 & ad iram DEI ex sola DEI voluntate pendere, non autem ex prævi-  
 sis operibus contendunt. Hanc etenim sententiam post habitam  
 Synodum Dordracenam, defendit imprimis Maccovius, disp. 29.  
 LL. CC. pag. 139. b. m. Reprobatio est decretum Dei aeternum, quo  
 Deus ab aeterno ex merito suo beneplacito, certos quosdam sibi, quierat  
 factu possibiles, decrevit in lapsu permittere, in lapsu relinquere, &  
 aeternum damnare. Non ergo reprobationis causa est peccatum &  
 p. 141: Non ergo destinatio ad exitium potest esse actus Justitiae vin-  
 dicantis, quia destinando ad exitium, destinat etiam ad peccatum,  
 illiusq; perseverantiam. (2) cum Guil. Twisse, prævisionem peccati  
 reprobationi ad interitum non quidem subordinant, sed nec præ-  
 mittunt, imo coordinant nullamque extra Deum causam repro-  
 bationis agnoscunt, ne peccata quidem in vindic. grat. l. 1. part. 3.  
 p. 332. seqq. (3) Synodi Dordracenæ sententiam amplectuntur, in  
 quadernit: Deum liberrimo iustissimo, irreprehensibili, & im-  
 mutabili beneplacito decrevisse, quosdam in communimiserit, in-  
 quam se suâ culpâ precipitarunt, relinquere, nec salvificâ fide & cō-  
 versionis gratia donare, sed in Vijs suis reliatos, non tantum propter  
 infidelitatem, sed etiam Cætera omnia peccata ad declarationem ju-  
 stitiae suæ damnare, & aeternum punire. cap. I. art. 15. & rejiciuntur,  
 qui docent; Deum neminem ex merita justâ suâ voluntate, de-  
 crevisse in lapsu Adæ, & in Communi peccati, ac damnationis statu  
 relinquere, aut in gratiâ ad fidem & Conversionem necessariâ com-  
 municatione præterire, art. reject. 8. statuuntq; causam cur Deus  
 quibusdam gratiâ electis reliquos præterierit, non esse eorum  
dem

*idem impænitentiam & incredulitatem, sed solam DEI euđoniam: ut explicatur Ecclesiarum Reformatarum Doctrina, à Theologis Hassiacis in Judic: Exteror. p. 73. Britanni Theologi, si ponamus, inquiunt, neminem reprobari, nisi ob prævisam impænitentiam & incredulitatem finalem, nihil esset mysterii in decreto reprobationis in Judic. exteror. p. 114. (4) Keckermannus l. 3. System: Theol: p. 303 ita tuetur absolute decretum: quod si nos homines in quotidiana bestiarum actione utimur nostro arbitrio neque injusti, aut dicimus, aut reverasumus, si hodie hunc bovem mactemus alterum non mactemus, quanto magis hic DEO suum relinquendum arbitrium, aut absolute decretum in homines, qui DEI respectu non sunt tantum, quanti hominibus est culex aut pulex.*

Ex his quo fusi ostensum est quam plurima in illis & de *Sacramento Cœna & de Persona Christi & de Prædestinatione Articulis*, præter illa, quæ denominat Reichelius, restare dogmata inter Nos & Eos dissensum facientia, eò accuratius patere puto, quam frustra hactenus in concinnandis quæ ad *Consensum* atque *conspiracyem utrorumq; faciant*, à Reichelio laboratum sit, ne Nobis amplius obstrepatur, à parte Lutheranorum stare se, cum suis, nil se derogare fidei, & quæ sunt alia, quæ specioso titulo suggesta simulata Lutheranorum imitatio, fuso atque dolo passim interpolata.

§. 6. Sed instat *Adversarius*, alijs quippe suæ armaturæ militibus, ut Consensum & Concordiam Fraternitatem à nobis, impetrat; Distinguendo inter ea quæ fundamentum fidei concernunt, & quæ minus fundamentalia sunt, illa dissensum facere existimat, *hæc non item*: non ex illorum sed horum numero & censu petenda esse dicit, si plura sint, quæ numerum questionum ordinatum superent: ob quæ inter nos & Calvinianos hactenus sit disceptatum: quo collimat in ἐπιμέτρῳ disputationi annexo. Ubi inter alia ita scribit: *cum igitur opiniones hæc &c minimè fundamentales sint ne gravissimè errant, & Conscientias suas vehementer onerant, quicunq; alias vere Christianos in reliquis omnibus eadem secum profitentes propter nudam argu simplicem id est, ab omni Voluntatis pravitate, & pertinacia defaciatam, æq; solius veritatis amore*

65

more propullantem negationem injustis odijs prosequuntur, communione Ecclesiastica excludunt.

§. 7. Quanquam statim hīc ad ea Nostratium Theologorum scripta, quibus ejusmodi farinæ Calvinianorum Syncretistarū excusationes dudum profligatae sunt, possemus provocare, impensis vero Dnn. Tübingenses Wirtenbergicos contra Palatinos, Dnn. Marburgenses contra Cassellanos, Dn. D. Hoë contra Berolinenses, Dn. D. Hutterum & Sigwartum contra Pareum, Dn. D. Meisnerū In der Calvinischen proba, Dn. D. Nic. Hunnium in Diathēse et Dn. D. Menzerum contra Crocium, Dn. D. Wellerum contra Massoniūm; imprimis Dn. D. Calovium in Harmonia Syncretistica adversus Calixtinos: Cum tamen hæc à Rechelio an ex crassâ ignoratiâ, an affectatâ malitiâ, non curata deprehendimus & hic nostrâ opus est industriâ, ut tergiversationes Adversari, quas alit, retundantur.

Quoad primum ergo de S. Cœna, ex ijs quæ hactenus è scriptis Calvinianorum decerpsumus, argumentamur (1) in genere, Quicunque sacramentum Cœnæ ratione, tum principij, tum principiati, scindunt atque violant, illi Fidem seu Fidei fundamentum scindunt atque violant.

Ratio Majoris hujus hæc est: Quia Ecclesiæ veræ, notæ sunt verbum DEI atque Sacra menta: Errores itaque de sacramentis erunt fundamentales, separabuntq; hæreticos à Catholicis. Sic ad Communionem Ecclesiæ requiritur communitas sacramentorum. 1. Corinth. 12. v. 13. & quemadmodum Doctrina de Baptismo τῆς θεμέλιοις s. fundamentis Christianismi accensetur, ut hanc evertentes, ipsum fundamentum evertant ad Ebr. 6. v. 2. Luc. 7. v. 30. ita quoq; Doctrina de sacra Cœna, cuius hæc in parte cum doctrinâ de Baptismo par est ratio.

Atqui Reformati sacramentum Cœnæ ratione tum principij tum principiati violant & scindunt. E. &c.

Si diverticulum in eo vellet querere Adversarius, quod sacramenta ad salutem præcise non sint necessaria, hunc ei obvertemus arietem:

Si nullus de sacramentis error per se saluti exitiosus esset, aut

K

hære-

probatur, errores Calvinianorum fundamenta les esse i. de Cœna.

Hæreticus, eo quod sacramenta non præcise sint ad salutem necessaria, immerito hæreseos accusati atque anathemate percussi fuissent, plurimi in prisca Ecclesiâ, ob errores de sacramentis, utpote *Manichæi* aquam Baptismi partem essentialē negantes, *Jacobitæ* ignē aquæ loco substituentes *Cataphryges*, *Marcionitæ*, *Gnosti*, itemque alij formam Baptismi immutantes; *Montanistæ* cum *Marcionitis* Baptismum reiterantes, *Hemerobaptistæ* quotidie eundem repetentes; similiter circa s. Cœnam *Simon Magus*, *Menander*, & *Basilides* materiam terrenam immutantes: *Ebionitæ*, *Marcionitæ* *Encratitæ*, aquam loco vini adhibentes, *Donatistæ* à qualitate Ministri substantiam & efficaciam sacramenti suspendentes, *Meßaliani*; sacramenta reprobantes; de quibus omnibus consulatur *Augustinus lib. de Hæres: Irenæus, Philastrius* &c.

At conseq. est absurdum. Ergo & Antecedens.

Quid quod ob errores de sacramentis similes, aut certe nō deteriores, quales Reformati fovent, olim nonnulli hæreseos condemnati sint, uti jam in specie (2) juxta cūm alijs demonstrati sumus; argumentamur enim.

Si *Donatistæ*; eo quod à qualitate Ministri substantiam & efficaciam sacramenti suspenderint; *Nestoriani* quod Eucharistiæ efficaciam nec non effectum impugnarint, aliique multi; quod materiam cælestem sustulerint, ab Ecclesia damnati & hæreseos accusati fuerunt, quid nī Reformati ob eosdem errores: Sed verum prius, nempe de *Donatistis* ex *Augustino lib. de Hæres: Irenæo, Philastro; de Nestorianis è primæ Ephesinæ Synodi canone; de reliquis ex Ignatio ad Smirnens: Theodor: dial: 5. conf: Epiphanius Hæres: 2. August. Hæres. &c.* Ergo etiam Posteriorius.

2. Qui sacramento Christi Nucleum suffurantur, illi errorem saluti verè perniciosum errant.

Atqui Reformati, dum substantialem Corporis & Sanguinis præsentiam tollunt, verba Christi pervertunt, rem Cœlestem subtrahunt, eo ipso nucleum Sacramento Christi suffurantur. Ergo.

3. Qui-

3. Quidamnāt & blasphemant oralem Corporis Christi mādicationem, illi non errant errorem simplicem, sed vere exitiosum & fundamentalem, siquidem ab orali manducatione, vis & efficacia totius sacramenti dependet.

Atqui Reformati damnant & blasphemant oralem corporis manducationem. E. &c.

4. Quo errore inducitur reatus Corporis Sanguis Domini & Judicij condemnationis, is verè hæreticus & saluti exitiosus est. Atqui errore Reformatorum de sacrâ cœnâ inducitur reatus Corporis & Sanguinis Domini, itemque judicij condemnationis, *tum* quia Corpus atque sanguis Domini nostri Jesu Christi plane non usurpatur, manducatur, atq; bibitur, per illam hypothesisin nimirum, quâ Corporis atque sanguinis Christi præsentiam in S. Cœnâ negant: *tum* quia & indignè manducatur panis Eucharisticus, & indigne bibitur Sanguis Eucharisticus, scilicet, ut nudus panis, & nudus sangvis, non ut vera Corporis Christi communicatio, contra institutionem Christi I. Cor. II. v. 29. Er. &c.

§. 8. Porro quoad secundum in articulo de Persona Christi Reformatorum errores fundamentales sunt, & uti loquitur Tertullianus *eternæ salutis devoratori*. Argumentamur enim.

(1) Quicunque Communicationem subsistentiæ, quâ Filius DEI Humanæ naturæ assumptæ suam hypostasin verè ac realiter communicavit, ita ut hæc verè subsistentiâ reali τὸ λόγος gaudiat, sincere non credunt, illi fundamentum Fidei evertunt; per hanc consequentiæ rationem: quia unio personalis ipsa ad fundamentum fidei spectat, (quod nec ipsi Reformati in dubium vocare possunt) ideoque non minus unionis personalis, & hypostaseos Filij DEI Communicatio.

Atqui Reformati, Communicationem subsistentiæ τὸ λόγος sincere non credunt.

E. Dum communicationem subsistentiæ non credunt, Fidem labefactant.

(2) quicunque λόγος Totum totam Filij DEI hypostasin, extra carnem post incarnationem ponunt illi in fundamento Fidei

hallucinantur. Patet hoc ex eo; quod in carnatio & unio Personalis nequeat salvare, si hypostasis Filij DEI tota constituatur extra carnem, unio enim Personalis non est, nisi totalis sit, quæ mutuam unionem & præsentiam subinfert, adeoque locum habere nequit, si natura altera vel alterius naturæ hypostasis extra alteram constituatur: ut e. g. animatum Corpus esse nequit, cum anima extra Corpus constituitur, ita nec incarnatus DEI Filius sincere creditur, aut carni assumptæ unita Divina & λόγος natura; si DEI Filius totus, vel natura ejus Divina extra carnem assumptam dicatur: id quod etiam in causa est, cur Antiquitas Veneranda Nestorianos Christum in duos Filios distinxisse arguerit, eosque hoc nomine ceu hæreticos damnârit: quod docerent λόγον extra carnem existere. Vid. Cyrill: ad Reg. de recta fid. fol. 49.

Atqui Reformati &c.

E. Dum λόγον totum extra carnem ita ponunt, in fundamento fidei hallucinantur.

(3) Quâ Doctrinâ directe tollitur naturarum mutua cōmunicatio & περιχώρησις in Christo, eâdem etiam directe tollitur ipsa personalis unio. Nam sublata definitione tollitur & definitum, illa vero περιχώρησις, & communicatio naturarum ad ipsam definitionem personalis unionis pertinet; hinc est, quod Samosatenus & Nestoriani ab Ecclesiâ damnati fuerint, quod affirmarint: ταὶς δύο Θύσεις ακοινωνήταις περὶ εἰαυτῶν εἴναι.

Atqui doctrinâ Calvinianâ tollitur naturarum mutua cōmunicatio.

E. & Personalis unio. & per conseq. fundamentum fidei.

(4) Quâ doctrinâ negatur: Deum realissimè hominem esse vi unionis personalis, Deum realissimè passum & Mortuum esse, itē qua doctrinâ soli carni Christi tribuitur passio & mors, illâ fundamentum fidei evertitur, constat ista Major ē Cyrillo in defens: Anthem: 4. Vigilio l. 4. contra Eutychetem c. 3. Maxentio in capitu. advers: Nestorian. & Pelagian: qui in universum omnes, impium & sacrilegum pronunciant imo ceu hæreticum damnant: Soli Christi Carni passionem accensere: urgamus in super & cum primis hic anathematismum Ephes. num. 12. si quis non confitetur. DEI verbum passum Carne & crucifixum, anathema sit:

Atqui

Atqui Calvinianâ doctrinâ negatur Deum realissimè hominem esse & mortuum esse; tribuitnr insuper Soli Carni Christi, Passio & Mors. E. illa; eo ipso, fundamentum fidei, evertitur.

(5) Qui negant humanæ Christi naturæ communicatam esse Divinam τὸν Λόγον Majestatem omnipræsentia, virtutis vivificæ &c. illi merito anathemate tanquam evellentes fundamentum fidei, percutiuntur. Patet hoc *tum* è naturâ unionis personalis; siquidem, si negatur communicatio majestatis Divinæ, necessario etiam Personalis labefactatur unio: *Quo pacto veneranda Antiquitas* adversus Nestorianos conclusit: eum unionem personalem labefactare & Personam Christi solvere, quod tam fervide contra idiomatum & Majestatis Divinæ respectu Carnis Christi, communicationem pugnaret; *tum* ex fine incarnationis, redemptione & operibus redēptionis theandricis: Nam si non humanæ Christi naturæ Majestas Divina Communicata est, nequit Caro Christi mundo vitam reparare, nequit sanguis Christi, amplius à peccatorum labe nos mūdare, nequit passio Christi esse redēptio, & satisfactio pro peccatis totius mundi; siquidem hæc omnia divinam simul ac infinitam Majestatem ac virtutem postulant: *tum* denique è concilio Ephesino, à quo anathemate percuti sunt, qui negant Carnem DEI esse vivificam, propterea, quod propria facta sit verbi vivificantis omnia.

Atqui Reformati negant humanæ Christi naturæ communicatam esse Divinam τὸν Λόγον Majestatem omnipræsentia, virtutis vivificæ. E. eo ipso anathemate, ceu fundamentum evellentes, merito percutiuntur.

(6) Qui Christum secundum humanam naturam *omnia scire* negant, illi pro hæreticis habentur; eo siquidem *non tantum*, negatur catholica scripturæ veritas, *simulac* articulus de Judicio, quod, quā homo, Christus est administraturus, impugnatur; *sed* & insuper ad Nestorianorum ut & Agnoëtarum castra quām proximè acceditur, quorum error, tanquam fundamentalis dudum est damnatus in synodo Constantin: 6. art. 2. anthem; dicto Agnoë

*tis, Christum secundum humanam naturam haud scire omnia docentibus, Conf. Damasc. in Catalog. Hæreticor. c. 19.*

Atqui Reformati negant hoc.

E. Merito, eo ipso, pro hæreticis habentur.

(7) Qui negant *Carnem Christi adorandam esse unâ & eadem adoratione, quæ Divinæ Christi naturæ debetur, illi hæreticis ac censentur, quod ex Oecum. Synod. Eph. Anathm. 8. ut & ē Cyrillo Anathemat. in defens. anathem. 8. luculentum est, Si quis dicat in adorabilem Domini nostri carnem ut hominis, & non adorandam, ut Domini & DEI carnem, hunc anathematizat sancta & Catholica Ecclesia.*

Atqui hoc negant Calviniani.

E. eo ipso Hæreticis accensentur.

(8) Quicunque negant mutuam duarum natarum communicationem in actionibus officij, illi labefactant officium redemptoris *θεανθρώπου* & per conseq. ipsum fidei fundamentum; negata namque naturarum communicatione in actionibus officij, non poterunt eæ Christo secundum utramq; naturam convenire, aut statui theandricæ: Si Divina natura tantum Divina & Humana tantum humana peragit, nec Christus amplius secundum humanam naturam, exsequitur actus mediationis, satisfactionem; quia hi actus veri Divini sunt; nec regula illa Chalcedonensis vera erit amplius; agere utramq; naturam cum alterius communicatione; quin ita nulla relinquatur naturarum communicatio, dum natura Divina tantum divina, Humana tantum humana agit,

Atqui Reformati &c. Ergo.

*S. 9. Denique quoad Tertium, in articulo de Prædestinatione exitiosis similiter erroribus implicantur; idque probatu facile est.*

(1) Quibus dogmatibus labefactatur, & subruitur veræ pietatis omnisque Religionis fundamentum, ea ceu exitiosa atque fundamentalia habenda ac damnanda sunt.

Atqui talia sunt dogmata Reformatorum (1) *De absolutâ prædestinatione quæ ex unâ parte dubitationi ac desperationi, ex alte-*

*3. de prædestinatione.*

alterâ carnali securitati viam sternit prout *Form. Concord. in Solid.* declarat. artic. XI. docet (2) de absolutâ rerum omnium necessitate quâ positâ penitus simul necessitas peccandi absoluta, adeo que prorsus pietatis studium aboletur, libertas expirat, neque locus amplius Religioni exhibetur (3) quod peccatis DEI voluntas impleatur, & quidem *Voluntas beneplaciti quo desupra.*

Ergo:

(2) quâ doctrinâ omnis non-*conversionis atq; damnationis reproborum* culpa in Deum transfertur, meroque DEI beneplacito & absolutæ voluntati vindicatur, sive reprobatio sive non-electio & preteritio ratione gratiæ salutiferæ, & gloriæ maximæ partis generis humani, ea exitiosa est & fundamentum fidei labefactat.

Atqui doctrina Reformatorum de Prædestinatione talis est.

Ergo etiam exitiosa & fundamentalis est.

Major in aprico posita est. Si enim merum DEI beneplacitum causa est non-*conversionis & damnationis*, hominibus ea culpa justè asscribi nequit, nec ulla solida tentatis conscientijs supererit consolatio; quandoquidem absolutum istud decretum consolationis vivificæ fundamenta, de gratia DEI universalis, de Redemptione totius generis humani, de seria ad salutem vocazione, de verbi & sacramentorum efficacia &c afflictis demit. Quid enim ijs, qui num in Electorum numero sint? tentantur neque fidē sentiunt, ne desperent, solatum restabit? gratiam DEI sibi proponere nequeunt, hanc enim peremptorio decreto non nisi paucissimos tantum attinere afferunt; nec meritum Christi; quia ab hoc maximam hominum partem absolute exclusam docent, nec electionem in Christo factam: quia illos solum Christo redimendos datos ajunt, qui absoluto decreto prius ad vitam elegerant, illos vero, qui in tempore non credunt, non esse electos ergo nec Redemptori datos. Tentatus itaq; cum fidem minus sentiat, se non esse electum, nec Christo, Redemptori, datum, nec in Christo Electum se esse necessario concludet, nisi forte cum Piscatore contra Schaffman. tb 86. ita sese consolaturus sit: *Gratia nonnullis offertur, ergo fieri potest, ut ego sim in illorum numero;*

mero: fuggeret vero Tentati conscientia: Ergo fieri potest. ut non sis in illorum numero; Imo fidem nullam cum sentias, Deum tibi fidem dare absoluto decreto noluisse, adeoque te ab æterno ad exitium peremptoriè destinasse concludas, unde certissima desperatio. Exemplum hujusmodi temptationis ad desperationem tendentis ex hoc absoluto Calviniano decreto, ut Vetera taceamus, (de quibus *Vide Gerhard. Disp. 3. de Fund: Consol:* p. 109 th. 29.) habemus in studioso quodam Gissenfi Calviniano Anno. 1647. apud Dn. D. Fewerbornium in *disp. de cap. IX. ad Romannos Anno 1652. 30. August. habita th. 93.*

3. Quā doctrina *culpa incredulitatis* DEo adscribitur ut & *impænitentia finalis*, ea cēu fundamentalis & hæretica merito proscribenda est.

Atqui Calvinianorum doctrina de Prædestinatione de Fide prævisa, de reprobatione &c adscribit Deo culpam incredulitatis &c. & quidem non ea tantum, quæ à Zwinglio & Calvinio propugnata est; sed quam ipsimet *Dordraceni* decretis Synodis suis sancivere *cap. i. §. 6.* quo de supra. Ergo. &c.

4. Qui errores directe negant dogmata, sine quibus fides generari, concipi, esse, sive conservari nequit, illi verè fundamentales sunt.

Atqui errores Reformatorum, quibus negant, Deum omnium hominum salutem serio velle, Christum pro omnium hominum peccatis satisfecisse, omnibus gratiam regenerationis ac salutis acquisivisse directe negant dogmata, sine quibus fides generari aut conservari nequit.

Ergo, illorum errores de Prædestinatione vere fundamentales sunt.

§. 10 Hactenus in eo satisfactum Adversario putamus, ut non unam, quæ in uno faciat dissensum, quæstionem esse, sciat, sed numero plures, easque Fidei acropolim tangentes, ob quas Reformati dextra Fraternitatis subducatur. Juvat nunc & illa quibus in Nostratium argumentis principalioribus destruendis occupatur, ad amissim veritatis dirigere. Singulis enim hactenus citatis Fidei articulis, singula Lutheranorum fundamenta, *adversarius adaptat simul ac refutat.*

*Primo*

Primò quidem quod de *Cœna Domini* quæsitum spectat, ait, *Examinan-*  
*Lutherum*, quiq; calculum suum hic adjiciunt, *Verum Corpus & tur Adversa-*  
*Sangvinem Christi in pane & Vino Eucharistico corporaliter præ-*  
*fentia esse*, probare imprimis conari ex verbis institutionis: *Acci-*  
*pite, comedite hoc est corpus meum*, quod pro vobis traditur. &c.  
*Ex quibus ita colligant.*

*Quicquid Salvator noster, qui Deus omnipotens omniscius &* culo de *Cœ-*  
*ipsa veritas est, in institutione novi Testamenti dixit, id proprie na?*  
*accipiendum, & simpliciter, b. e. sine tropo credendum est.*

*Atqui in pane & Vino S. Cœna Corpus & sanguinem suum cor-*  
*poraliter esse præsentia, Salvator noster, qui Deus omnipotens, omni-*  
*scius & ipsa veritas est, dixit. Ergo. Annectit simul rationem Ma-*  
*joris, quod verba Testamentorum, & quæ à personis gravibus, in*  
*rebus gravibus & arduis enunciantur, non nisi secundum literam*  
*& absq; tropo intelligenda veniant; Et Probationem Minoris;*  
*ex verbis Christi: *Hoc est Corpus meum*: quæ nil aliud volunt, quā*  
*quod Corpus Christi corporaliter sit in pane. Et hucusque in-*  
*enarrādo nostratiū fundamento versatur. Ad illud enervandum*  
*autem non uno utitur effugio; reponit enim, primo, non neces-*  
*se esse, ut omnia institutionis verba sint propria, quoniam ex sa-*  
*cris & profanis, imo hāc ipsā institutione Eucharistica constet,*  
*tropos subinde in Testamentis occurrere; allegat insuper in testi-*  
*monium hujus è nostratis *Graverum in appendice ad artic. 13.**  
*Conf: August. p. 271. Brentium in Exeg. p. 122. qui in verbis & τὸ τῷ*  
*ποιητείον ἡ καρνή διαθήκη τῷ τῷ αἷματίου tropum ponunt, imo Lu-*  
*therum ipsum, qui *Synecdochen* in verbis, *hoc est Corpus meum**  
*asserit. Secundo, negat, Christum uspiam dixisse, quod in pane*  
*& Vino S. Cœna, Corpus suum & sanguis suus præsentia sint cor-*  
*poraliter, quod hoc in scriptura nullibi reperiatur, nec verba:*  
**Hoc est Corpus meum*, eundem importent sensum, atque hæc:*  
**In hoc est Corpus meum*. Atque sic Majore simul ac Minore Ar-*  
*gumenti nostri pernegata, concludit sententiam hanc nostram,*  
*esse ἄγερφον esse & ἀντίγερφον. Ad majorem rei evidentiam,*  
*verba Adversarij libet huc repetere. Ad ista Reformati respon-*  
*dentes (1) negant connexum Majoris. Nam quamvis nec veritati,*

nec omnipotentiæ aut omniscientiæ Sospitatoris sui, quem verum Deum & verum hominem esse, non minus quam reliqui p[ro]ij Christiani omnes, corde pariter atq[ue] ore sancte fatentur, quicquam derogatum eant: Non tamen recte hinc confici ajunt, quod omnia institutionis verba necessario debeant esse propria: Rationem vero consequētiæ, quæ adducta est, inconsequenter esse: siquidē in Testamentis tropos subinde occurrere, exemplis tam sacrī constat, quam profanis: immo in ipsa hac institutione Eucharistica, quæ tantopere, urgetur si reliqua tantisper seponantur, haecce: Ετο το ποτησιον η καυνη διαθινετω αδυνατιος, hoc poculum est novum testamentum in sanguine meo, non omnis tropi expertia esse, ne ipsos quidem Lutheranos inficias ire posse: Et fasos id etiam esse, Graverum in appendice ad artic. 13. Conf. August. p. 271. & Brentium in Exeg. pag. 122. Luthe[rus] vero ulterius quoq[ue] progressus est, atque in verbis illis: Hoc est Corpus meum: quæ sub disquisitionis incudem præprimis vocantur, Syncdochē latere asseveravit, uti notum. (2) Negant Minorem, Christum (puta) uspiam dixisse, quod in pane & vino S. Cœnæ Corpus suum & sanguis suus præsentia sint corporaliter. Ubi hoc exstac in sacrī? Probatio adjecta nulla est, sed petit principium. Etenim, an hæ loquendi formulæ eadem sint: Hoc est Corpus meum: Et, in hoc est Corpus meum: illud est, de quo disquiritur, quodque à Reformatis, quippe quod nullo S. Scripturæ testimonio nitatur, non conceditur.

An Reformati in hoc articulo aliquo aliquid omnipotentiæ omniscientiæ & veritati DEI detrahant?

An In verbis institutionis insit tropus?

§. II. Sed meræ ventilantur paleæ. Etenim circa negationem Majoris, primò, falsum est, quod ajat; Reformatos nec veritati nec omnipotentiæ nec omniscientiæ sospitatoris sui DEI quicquam detrahere: Imo illum verum Deum & verum hominem esse, non minus quam nos corde pariter & ore sancte profiteri, contrarium in antecedentibus monstratum à nobis est, & à B. Gerhardo in disp. de Glor. DEI, abunde ostensum. Secundo, consequentiam in Majore inconsequenter sine ratione dicit; Sunt certe verba illa; quibus nova EEI colendi ratio est consecrata, & Testamentum Domini conditum; de cuius ratione est, ut verbis quoad e[st]i jus fieri potest, planissimis, significantissimis, scribatur, unde Testatoris voluntas, perspicue & sine disceptatione agnosci possit:

Quod

Quod in *Stereom.* Excellentissimi Dn. Præsidis Johanni Bergio *op-*  
*posito*, prolixius probatum est : unde plura decerpere possemus  
 si actum agere vellemus. Quod verò in assertione stabilienda *An verbæ*  
 sñâ Adversarius ad exempla tam sacra quam profana provocet, *Pauli atque*  
 mera sunt ludibria, & verba sine capite & probatione, exempla *Lucæ ad por-*  
 sine exemplo, ut propterea responsonie prolixa non sit opus: *ex-*  
~~περιστος~~ tamen addimus: verba Testamenti, quibus ultimæ testato- *bandum tro-*  
 ris volūtas potissimum exprimitur, à reliquis, quæ prioribus saltem *pum quic-*  
 illustrandi causa sunt annexa, verba item substantiam Legatorum *quam faci-*  
 concernentia ab alijs circumstantijs aut alia attinentibus, ritè di- *ant?*  
 stinguenda esse; Fieri potest ut in prolixo testamenti cuiuspiam *ad hoc*  
 contextu verba adhibeantur modificata, illisq; tropus aliquis nō *ad hanc*  
 nunquam inseratur, quod tunc tamen accidentarium est, rarum *ad hanc*  
 atque anomalon: Id quod de verbis capitalibus & primarijs qui- *ad hanc*  
 bus nucleus Testamenti proponitur, statuendum non est: ibi n. *ad hanc*  
 omnis modificatio expirat. Ad verba vero Evangelistæ & Apo- *ad hanc*  
 stoli τὸ τοῦ πονηροῦ καὶ νὴ διαθῆναι ἐντῷ ἀμαρτίῳ, alij respon- *ad hanc*  
 dent, distinguendo inter primam Testamenti Dominici nuncupa- *ad hanc*  
 tionem, factam in nocte, quā traditus est Dominus; & inter illius *ad hanc*  
 repetitionem factam post ascensionem; illam verbis proprijs & si- *ad hanc*  
 gnificantibus conceptam tradidere *Marcus & Matthæus*, nempe *ad hanc*  
*Bibite hoc est sanguis meus Novi Testamenti*, hanc *Apostolus I. Cor.*  
*XI.* delineavit, quam propter dici nequit, Christum Testamentū *ad hanc*  
 suum verbis modificatis condidisse, sed jam ante conditum, vel *ad hanc*  
 ipsum, vel Apostolum ejus repetiisse; quo respectu etiam admit- *ad hanc*  
 tunt tropum quendam, sed talem qui in ipsis Testimenti verbis *ad hanc*  
 sit, & ab omni dubio liberatus, nempe partim in originali *Mat-*  
*thæi, Marci*, descriptione partim in anteriore Paulinæ descri- *ad hanc*  
 ptionis parte, verbis nempe, *edit e hoc est Corpus meum, partim*  
 etiam in *προσδιορισμῷ in sanguine meo*; hisce namq; ratio subji- *ad hanc*  
 citur, ob quam Calixiste Novum Testamentum audiat, scilicet *ad hanc*  
 quod mediante illo Calice, non distribuatur sanguis Vitulo- *ad hanc*  
 rum aut taurorum; sicuti sanguine vitulorum & Caprorum Is- *ad hanc*  
 raëlite adspergebantur, quando Vetus sanciebatur Testamen- *ad hanc*  
 tum: sed quod ad litteram Matthæi & Marci accipiatur verus san- *ad hanc*

gvis Domini qui pro peccatis nostris est effusus. Eandem quoque rationem esse verborum *Lucæ*, quæ licet imbuta tropo sibi eo ipso tamen non evincitur. Christum verbis figuratis & improprijs Testamentum suum condidisse. Nos tutissimum observaturi, censemus distingendum esse, inter verba S. Cœnæ substantialia dia<sup>γ</sup>matika & dia<sup>θ</sup>e<sup>τ</sup>tika, legata ipsa hujus testamenti explicantia & quæ his adjiciuntur, sive substantialia, sive finem, effectum, aut efficaciam sacramenti concernentia; in illis tropum admitti debere, nullatenus probabitur unquam, in his si, maxime tropus aliquis haberet locum, nihil id officeret causæ nostræ; qualia sunt illa *Lucæ* ή καίνη διαθήκη ἐν τῷ οὐατίῳ quæ certe non ad substantialiam sed finem sacramenti pertinent. Adde quod verba ista propriè ac sine tropo explicari queant, dum modo rite expendantur: *Hoc poculum scilicet, in actu bitionis, qua bibitur* (non enim hic spectatur materialiter ipsum continens, sed formaliter in quantum in usu S. Cœnæ bibitur & percipitur) est Novum Testamentum vel foedus gratiæ, ex parte scilicet nostri, seu nobis applicatum: *in sanguine meo hoc est per & propter sanguinem meum*, vel *in & cum sanguine meo*, quem exhibet. Non exagitabo jam ineptam propositionem harum, *hic calix est novum testamentum in Christi sanguine pro nobis effusus & Hoc vinum est sanguis Christi pro nobis effusus*: comparationem à Reichelio suppositam, quia ita colligit, & quo sensu de calice dicitur; *quod sit Novum Testamentum in Christi sanguine pro nobis effusus*, eo quoque sensu de Panie & Vino dicatur, *quod sit Corpus Christi pro nobis traditum & sanguis ejus pro nobis effusus*. Quamvis enim absolute non inficias eamvis, sensus harum propositionum identitatem, ratione ipsius rei, non tamen recte deinde concluditur elocationis uniformitas, ratione generis dicendi & phraseologias. Hæc eadem est in his, *Hoc est Corpus meum: hoc est sanguis meus N. T.* minime vero in ista comparata cum hac præsente; hoc poculum insanguine meo est novum testamentum. Istæ enim sunt communes, hæc Ebraismum sapit. Deinde quoque una est significior altera. Ea enim potissimum repetere voluit S. S. quæ declaratione aliquâ opus habere judicavit; adeoque ita declaravit

*An verba  
Lucæ & Pauli etiam sine  
tropo explicari possint?*

*An proposi-  
tiones ha.  
Hoc est San-  
gvis meus: &  
Hic calix est  
novum testa-  
mentum: u-  
num eundē-  
que admit-  
tant sensum?*

vel fœdus gratiæ, ex parte scilicet nostri, seu nobis applicatum: *in sanguine meo hoc est per & propter sanguinem meum*, vel *in & cum sanguine meo*, quem exhibet. Non exagitabo jam ineptam propositionem harum, *hic calix est novum testamentum in Christi sanguine pro nobis effusus & Hoc vinum est sanguis Christi pro nobis effusus*: comparationem à Reichelio suppositam, quia ita colligit, & quo sensu de calice dicitur; *quod sit Novum Testamentum in Christi sanguine pro nobis effusus*, eo quoque sensu de Panie & Vino dicatur, *quod sit Corpus Christi pro nobis traditum & sanguis ejus pro nobis effusus*. Quamvis enim absolute non inficias eamvis, sensus harum propositionum identitatem, ratione ipsius rei, non tamen recte deinde concluditur elocationis uniformitas, ratione generis dicendi & phraseologias. Hæc eadem est in his, *Hoc est Corpus meum: hoc est sanguis meus N. T.* minime vero in ista comparata cum hac præsente; hoc poculum insanguine meo est novum testamentum. Istæ enim sunt communes, hæc Ebraismum sapit. Deinde quoque una est significior altera. Ea enim potissimum repetere voluit S. S. quæ declaratione aliquâ opus habere judicavit; adeoque ita declaravit

ravit primam institutionem ut contra quosvis tropos sit munitissima. Quod è superioribus hic non repeto. *Tertio Lutherus* in verbis illis: *Hoc est Corpus meum; Synecdochen quidem collat, non tamen in sensu technologico; rhetorica; qualem sibi solumniat Reichelius; sed in sensu Etymologico; grammaticam: videlicet, quæ vi vocabuli comprehensio est rerum diversissimarum: seu qua ex rebus ex parte non visis & unitis, id quod non videatur exprimitur, ac in verbis certam rem explicantibus esse potest,* ut Joh. I. v. 29. 32 c. 2. v. 9: c. 20. v. 22. Matth. 3. v. 16. Nec aliam fuisse mentem, *Lutheri Ipse* testis est locupletismus *Tom. 3. Jenens. Germ. in Conf. Major. fol. 487. b. seqq.* unde etiam ab eo definitur *Synecdoche* quod sit modus loquendi de rebus diversis, tanquam de unâ, scilicet quia poculum & sanguis & Novum Testamentum sunt sacramentale unum, ita mens B. Lutheri fuit; propter istam unitatem seu cojunctionem poculum effundi dici, cum tamen solus sanguis effundatur: *Seu poculum effundi dici, quia cum sanguine, qui effunditur, constituit unum sacramentum.* Graverus in loco à Reicheli citato fuisse mentem suam explicat, cum inquit: *In hac propositione, Hoc est, Corpus meum tropum Rhetoricum nullum agnoscimus: in hac vero, hoc poculum est Novum Testamentum tropus inest,* (attende Reicheli atque percipe mentem Nostri Gravveri) non Metonymia signi pro signato sed synecdoche continentis pro contento. Poculum namqz ponitur non à πλως pro vino sed pro potu seu potione, per quam potionem συνενδοχικως tota intelligitur actio, quae non significat, sed est ipsum fædus, quod cum ipso DEo in sacramento inimus. At illa verba non substantiam sed finem S. Cœnæ cōcernere antea observavimus. Quo deaudiatur iterū Adversarius p. 270. Dn. Graverum in hac propositione, *Hoc est corpus meum, docetur quod ad substantiam Sacramenti pertinet, quidqz principaliter manducandum sit, nempe corpus Christi. Altera vero propositio. Hoc poculum est Novum Testamentum in meo sanguine, quia Lucas utitur, sicuti & Paulus, principaliter non exprimit substantiam Sacramenti, nec docet propriè, quid sit bibendum (qua propter nec à Luca nec à Paulo verbum, bibite, est appositorum, quod tamen à Mattheo & Marco factū) sed potius salutare usum Sacramen-*

li denotat, quatenus nempe per Testamentū intelligitur res promissa, scilicet remissio peccatorū, justitia, & vita eterna. Hec ut clarissim percipientur, conferamus verba Matthæi & Marci cum verbis Lucæ & Pauli, Illi sic loquuntur: *Hic seu potius juxta Græcam literam: Hoc est Sauguis meus: hi vero sic: Hoc poculum est Novum Testamentum in meo sanguine.* Priori propositione docetur, quid sit id, quod datur adhibendum, nempe Sanguis Christi: Posterior vero propositio indicat, in quem finem ille sacer potius sanguinis distribuatur, nempe sanciri ibi Novum Testamentum seu fædus, & quidem sanguine Christi in potum distributo. Quapropter non simpliciter poculum dicitur esse Novum Testamentum seu novum fædus, ut Beza vertit, sed novum fædus in sanguine seu per sanguinem Christi, quem poculum illud bibendum exhibet, ut ita Novum Testamentum in sanguine nihil aliud sit, quam Testamentum sanguine Christi, in potum distributo, sanctum. Brentius vero ita sese explicat in illo ipso in Joh. cōmentar. quem pro se adducunt Adversarij p.m. 121. eum admittendum esse tropum, qui in scripturā, & in communi hominum cōsuetudine famiarissimus est, syncedochen quam usitatis exemplis declarat, utpote cum de monstratis cunis dicitur: en accipe puerum & alio sepone: duo inquit his dantur cunabula & puer, nominatur tamen duntaxat præcipuum quod est puer: ita in Cænâ Dom; duo nobis offeruntur panis, & corpus, solum tamē corpus nō nominatur quod sit in hâc distributione præcipuum. Ad hanc igitur figurâ exige Christi verbum &c: Loquitur ergo de synecdoche Grammaticâ, quam Brentius ita vocat. non a. de tropo quodam Rhetorico, qualem sacramentarii fingunt. Non habet itaque Rechelius, ut de consensu Nostratiū nullibi glorieatur. Circa negationem minoris vero Adversarius Sophistam agit heterogenea quæ a nobis in probatione non attenduntur homogeneis immiscendo: Quærerit ubi extet in iacris: *Corpus & sanguine m Christi in pane Eucharistico corporaliter exhiberi?* & cum ipsi abundè suppetat probationis, vocat eam nullam, quin in modo petitionis principium vel ob hanc solum causam, quod hæ loquendi formulæ: *Hoc est corpus meum:* Et, *in hoc est Corpus meum,* non sint eadem. Si in eo potissimum probationis finis.

nemad

damentum collocent nostrates: Quasi disceptetur adeo præcisè de identitate propositionum istarum, ut hæc sublatâ tollantur verba Domini, *Hoc est corpus meum*. Ad exprimendam unionem sacramentalem cōparatam respiciunt nostatres, adeoq; locutionem eam non tam *literale* aut *immediatum* *Dominie & propositionis interpretamentum* quam *nudum πόσισμα* atq; *consecrarium* è propositione Dominica deductum volunt: verba verò Domini, hoc est corpus meum, in se satis sunt probationis, satis habent roboris ad stabiendum minorem Latheranorum. Etenim sunt *exhibitiva*, quibus mediante uno exhibetur & alterum: sicut autem in oratione exhibitiva, id quod ex primitur, & denominatur, non excluditur, sed præcipue porrigitur e. g. si quis tradat alabasterum dicens: *Accipe hoc est unguentum pretiosissimum, ilico intelliges, unguentum pretiosissimum non excludi, sed esse rem præcipuam, quæ verbis his exhibeat*ur: Ad eandem plane rationem cum Dominus panem sumens inquit, *edite hoc est Corpus meum*; Et rursus calicem sumens, inquit: *Bibite hoc est sanguis meus*: utique Corpus atque sanguis Domini, quæ disertè nominantur à comestione & bibitione imperata neutiquam excludentur, sed præcipua Cælestium bona erunt, quæ terrenis symbolis sumuntur atque percipiuntur. Idem insuper demonstrat particula δεκτηνή *Hoc*, quæ, ut in oratione exhibitiva usitatum est, id quod præcipuum, antequam distinctè nominatimque exprimatur συγχεχυμένως indicat; Vocabulaque græca τὸ πρᾶ γræco nomini quod est ἄρτος genere non respondens optimè convenit cum nomine sequente quod est σῶμα sive corpus, idque quod mediante pane accipiendum & sumendum erat. Et ex his manifesta prodit ratio consecrarii illius: *In Hoc est Corpus meum*, quod Lutherani hactenus è verbis: *Hoc est corpus meum* derivare & deducere sunt soliti. Quia namque Dominus suum corpus noscens sine symbolo aut medio, sed mediante pane jubet edi, protinus concluditur: *In pane esse Corpus Domini*; & propterea non immerito accommodatur ad declarandam propositionem Ecclesiasticam, quam modo prædicandi inusitato, unio sacramentalis indica ur, ita tamen, ut respectus differentiæ inter *literate*

*rale*

An iis propositio  
Dominica inverta-  
tur?

rali verborum expositionem, & inter consecaria è verbis recte ex positis petita semper attendatur. Nec hoc modo invertitur aut pervertitur ipsa propositio Dominica, sed extrema saltem propositionis immutantur ad doctrinam Logicorum de Conversione & analogiam seu expositionem propositionis inusitate; hic homo est Deus receptissimam, quam rectè sic resolvi in hoc homine est Deus scriptura suffragatur 2. Cor. 5. v. 19. quidquod in ista locutione: si ad suum fontem, nempe propositionem Dominicam resolva- ter indeqae expleatur, nulla terminorum transpositio, mutatio aut inversio cernatur; Sed talis evadat: id quod in pane est Corpus Domini: è qua per conversionem demum prodit ista: Corpus Domini est in pane.

§. 12. Sed pergit Adversarius & alia tria objicit, nempè, hāc de substantiali corporis in S. Cœna præsentia sententiam adversari, tum ipsis Christi verbis in institutione sacramenti hujus adhibitis, tum explicationibus Paulinæ atque Johanneæ in 1. Epist. ad Corinth. 10. v. 16. 17. & cap. 6. Joh. tum Symbolo quoq; Apostolico. Sed his nil aliud agit, quam ut Ipsi Christo in os contradicat Paulo & Johanni alienam mentem affricet, symbolum Apostolicum torqueat, detorqueat? & quid non? Videamus ta- men, quomodo & quibus assertionem hanc stabiliat. Pro re- pugnantia & adversitate verborum Christi, in institutione sacra- menti adhibito, aliud nescit in medium adferre, quam Antesi- gnani sui Bergij scriptum, quod vocatur *Der ynterchied und ver- gleichung der Evangelischen* / at hoc æque nobis suspectum est, ut *Reichelituum*: suspectum ergo per æque suspectum, obscurum per æque obscurum probas. Sed quid Joh: Bergius proponit inibi? præter transpositionem terminorum (ad quam modo re- sponsum est) nil amplius urgeret mihi visus est, quam panē pro- pria locutione non posse dici Corpus Christi, ideo, quod conti- nens propriè non sit contentum: Sed heus bone Vir cum Bergio & discerne inter propositiones: Panis est Corpus Christi; & hoc est Corpus Christi: Et nullam improprietatem hic invenies. Dis- ce in super; panem non præcisè sumi, sed ἐκπροσθέσεως, panem non esse continens in sensu tuo. Adde cum Christus ait; hoc

De proposi-  
tione Panis  
est corpus  
Christi:

st

*est Corpus meum,* Paulus explicat, & ait: *Panis est *κοινωνία* Cor-*  
*poris Christi: quod in effectu tantundem est ac: Corpus Christi*  
*communicatur in pane, est ne hæc trajectio reprobata? est ne im-*  
*propria locutio! estne propterea continens ipsum contentum?*  
*nonne potius ad vertis, complexivæ propositionis expositionē,*  
*quæ subministrat, quod in complexo sit ministeriale & organi-*  
*cum, quod sublime & Dominicum.* Nemo è nostris dixit un-  
*quam, panem non per τέσσαρα indigitari, nolunt tamen eum solum,*  
*& ex ἀΦαγέσθεως ita dici,*

Non proinde dissentimus, sed optimè consentimus cum S.  
 Paulo in allegato 1. Cor. 10. v. 16.17. loco, imo promptius exinde  
 colligitur, mediante panis esu, simul edi Corpus Dominicum.  
 Dicitur enim panis . quem frangimus communicatio Corporis  
 Dominici, quia est *symbolum, organum ac medium, communica-*  
*tionis istius, sicuti Evangelium ad Rom. 1. potentia DEI ad salutē*  
*omni credenti dicitur, quia nempe organum est ac medium salutis.*  
 Nec aduersatur nobis Johannes in allegato 6. cap. quod non de  
*manducatione Eucharistica ut sic, quæ inperceptibile ἄνωμενον*  
*objectum fertur, sed de spirituali, quæ istam εὐωστυν cum cadu-*  
*cis rebus non attendit, sed solo mentis nostræ spiritu ex operâ*  
*fide perficitur, loquitur: quod probamus (1) quia concio h.l. de-*  
*scripta integro ad minimum anno prius habita est, quam in mor-*  
*tem tradebatur Christus (2) quia quam maximè distat, illa à*  
*Paulo & Evangelistis descripta manducatio ac bibitio, ab hâc,*  
*quæ hoc loco delineatur; cum illa stare dicunt æternam damna-*  
*tionem, 1. Cor. 11. 19.* At manducationem hanc semper saluta-  
 rem Johannes docet v. 54.59. (3) manducatio ac bibitio de quo  
 h. l. Johannes differit. v. 53. *adeo necessaria* dicitur, ut absque eâ  
 nemo aut salvatus sit, aut salvari unquam possit; sed manduca-  
 tio & bibitio sacramentalis tantum abest, omnibus absolute  
 fit necessaria: ut Soli ad hanc manducationem queant debeant-  
 que admitti, qui mortem Domini annunciare & se ipsos proba-  
 re possunt, teste Paul. 1. Cor. 11. v. 28. (4) in sacramentali usurpa-  
 tione corporis & sanguinis Christi externum elemētum panis at-  
 que Vini necesario requiritur, hæc quam h. l. urget Christus, ex-

M

terna

*De loco 1.*  
*Cor. 10. v. 16.*  
*17.*

*Locus Joh. c*  
*6. expendi-*  
*tur.*

terna Elementa non attendit, unde & in universa hac manduca-  
tionis ac bibitionis descriptione ne minima quidē vini extat mē-  
tio. Alias hujus inter spiritualem atque sacramentalem man-  
ductionem differentiæ notas *Dn. D. Dorscheus in Tract: de Cœ-  
na. p. 266.* tangit, quæ uberiorem hujus Johannei capituli & sco-  
pi declarationem subministrant.

Supereft adhuc *symbolum Apostolicum* quod Adversarius  
hīs verbis in hanc causam suam trahit, inquiens: sed & symbolo  
Apostolico dogma hoc, quod Corpus Christi in pane corporali-  
ter præsens sit, reluctatur. Ibi enim clare docemur, Christum *non*  
*solum* verum Deum, *sed etiam* verum hominem esse, adeoq; *cor-*  
*pus* vere humanum habere. Corpus autem verè humanum quod  
vere humanum manet, non est eodē tempore *visible* & *invisibile*,  
non est *in multis locis simul*, non est *ubiq;*, non admittit *penetra-*  
*tionē dimensionum*. Egregium sane nexus, atq; contradictionis  
nervū, dignum sanè qui ad rectæ rationis stateram appendatur.  
Siccine tam perversè ratiocinaris, ut è conclusionibus remotis,  
mediatis, ignotioribus & ad forum aliud spectantibus, cōfestim  
rei repugnantiam & contrarietatem tibineras? ut symbolum  
Apostolicum sententiæ nostræ, quod Christum dicat Hominem  
adversari contendas? Si hoc modo repugnantiam rei licitum est  
colligere; colligam, & symbolo Apostolico esse contrarium.  
Christum dicere *αὐτῷ ἐγενέντος*; Christum secundum humanam  
Naturam statuere *αὐτῷ ἥπερ*, ex eo, quod in symbolo Apostolico  
dicatur Homo verus, adeoque, habere corpus verè humanum,  
quod enim corpus humanum habet & homo est, habeat & Pa-  
*An corpus*  
*possit est eo-*  
*trem, habeat etiam peccatum necessum est &c.* Vide quo im-  
*dem modo vi* pietatis atq; imbecillitatis æstu sis abreptus mi Reicheli? Deinde  
*fibile & in-* quod hypothesin in se spectat, nempe, *Corpus verè Humanum nō*  
*visibile?* *An esse eodem tempore visible & invisible, nō esse in multis locis simul; non*  
*in multis lo-* esse *ubiq;*, non admittere penetrationem dimensionum, est pe-  
*cis simul &c.* titio principij spiritus Calvinistici. Adeas Schröderis *sceptrum Re-*  
*gale Christi c. 14. p. 584.* & doceberis, quā ratione Corpus Christi  
*verè humanum sit & fuerit, simul visibile atq; invisible, quod &*  
*quomodo corpus verè humanum Christi in multis locis simul &*  
*ubiq; esse & penetrationē dimensionum admittere, nō repugnet.*

S. I.

§. 13. Tandem concludit *Adversarius*, sententiam hanc suam de verborum Christi sacramentali acceptione, analogiae *tum* Scripturæ Sacrae *tum* fidei correspondere; Illi quidem dum, in more, positum habet sacramentaliter saepe rem efferre; quò spectare vnl exempla Gen: 17. v. 10. & 13. *Circumcisio est fædus* Exod. 12. v. 11. *Agnus est Pascha sive transitus ad Tit. 3. v. 5. Baptismus est lavacrum regenerationis*; *Huic vero dum catholica atque constans fides sit, non ore corporis sed animæ, id est, fide Corpus Christi manducandum & sanguinem ejus bibendum esse, juxta illud Augustini: Crede & manducaisti.*

Primo omnium assumimus verba: *Hoc est corpus meum: sacramentaliter intelligenda*, quod Antesignanus Carolstadius negavit; libenter damus verba Christi: *Hoc est Corpus meum: Hoc est sanguis meus: esse propositiones sacramentales ac propterea quomodo sacramentaliter intelligendas*, At si *Adversario sacramentaliter Calvinianæ id est ac figurate, metonymice & significative principiū petit: quo collimare nobis non usque adeo obscure videtur, cum allegat ad hanc causam suam confessionem Helveticam Posteriorem c. 21. de Cœn: Domini, quæ in hâc vocabulorum convenientiam dígito exserto monstrat; at, tunc dicimus ejusmodi convenientiam responde-*re non tantum vocabutum & nomen sacramenti, uti quidem satius ex schola Theologica cōstat, sed quoque verba institutionis, quæ docent unionem corporis Christi cum Pane, non in nuda significatione cōsistere; sed in eo quod mediante benedicto pane, Corpus Christi vere præsens nobis manducandum sistatur.

§. 14. Age vero expendamus speciatim propositiones, quas adducit, ex scriptura pro hoc sacramentalis, id est, figuratæ ac significativæ acceptioñis usu, è quo postmodum de verbis cœnæ judicandum sit.

Primnm petitur ex Gen; c. 17. v. 10. 13- ubi *circumcisio* vocatur *DEI fædus*, & hanc à Richelio declarationem meretur: *circumcisio est sacramentum, seu sanctum signum, symbolum, & sigillum fæderis*. At nulla hic apparet sacramentalis metonymia (qua signatio nomen pro signo ponatur) sed verè atque propriè de integro spiritualis fructus sacramento prædicatur, quod neinpe *cir-*

*De loco Gen.  
17. v. 10. 13,*

cum circis sit fœdus Dei, respectu infantium, & signum seu sigillum fœderis, respectu adultorum. Sane sacramentum circumcisio-  
nis verbum gratiæ & promissionis includebat, adeo ut circum-  
cisi in fœdus reciperentur: igitur tam vere circumcisio in Veteri  
Testamento fœdus erat, quam verè Baptismus in Ecclesia Novi  
Testameuti est lavacrum regenerationis & stipulatio bonæ con-  
scientiæ erga Deum. Signum autem vocatur non significans dū-  
taxat sed etiam ob signans scilicet gratiam & fœdus DEI & pro-  
pterea à Paulo ad Rom: 4. σΩργις δικαιοσύνης τῆς πίστεως insi-  
gnitur.

*De loco Exod XII, II.*

Alterum de primitur ex Exod: 12. v. ii. Agnus est Pascha  
seu transitus: quod ita rursus à Reichenlo vertitur (sine dubio ad  
cap: sequens 13. Exod. v. 9.) agnus est signum transitus. Sed sci-  
endum harum propositionum neutram in textu haberi. Etenim  
fontes veritatis ita tradunt: comedetis festinanter פֶסְחָה חֹזֵקָה לְרִיחָה נָתַת ut est Pesach ipse Dominus; ubi מֵסָחָה notat propriè trāsitionem seu transitum, quo respectu regni Agyptiaci Dominus tran-  
sibat per omnes ejus angulos; respectu vero ædium Israëlitica-  
rum transilibat sive præteribat. Nam vero non agnum respicit,  
uti perperam commentatur Zwinglius, quem secutus Piscator in  
Analys. c. 26 Mattb. ne hunc nanciscatur sensum; agnus est tran-  
itus Domini, cum nec littera in textu hoc affirmet, nec verborum  
cohærentia facile patiatur, sed potius ad actum illum spectat  
qui tum instituebatur: Hinc commentatorum alij hunc textum  
explicat; quod inibi reddatur ratio præcepti de festinanda man-  
ducatione; ideo scilicet festinanter comedendum esse agnum,  
quia parum superfuturum sit temporis Domino per Agyptum  
transeunte, quæ Pelicani est expositio. Alij vero cum Πάσχα μνη-  
μόνευτην ejusdem transitus Num: 9.v.2.2. paralip: 20.v 20. Matt.  
26.v. i. usurpetur ideo propositionem sic interpretantur, Hoc est  
Pesach Dominus i.e. Hic ritus mactandi atq; manducandi agnum  
est singulare sacramentum & festivitas domino; quò spectat e-  
tiam paraphrasis Chaldaica: Est phasē coram Domino, quamcunq;  
interpretationem amplectaris Reichenli, neutra sacramentali tuæ  
metonymiæ favebit.

Ulti-

*Ultimum desumitur ex Tito cap. 3. v. 5. Baptismus est lava- De loco Tit. crum regenerationis: Quæ verba explicat Adversarius hunc in III. 5, modum: Baptismus est signum & sigillum lavacri regenerationis. Hic si per signum non nudum sed obsignans nempe cœlestia bona Adversarius intelligit, concedimus Baptismum ita signum esse & vocari posse, & ita hæc non tropica sed maxime propria est prædicatio, in qua fructus & effectus spiritualis de integrō sacramento prædicatur. Alienam explicationem verba & contextus non admittunt.*

§. 15. Pro analogia vero fidei sic pugnat Adversarius cum differit: Interim minime dissentunt Reformati, quod quamvis Christus sanctissimo Corpore & sanguine suo non praesens sit in Cœna Domini nat' adiutoriā indistanter verè; praesens tamen sit omnibus fidelibus alio modo ita nempe, ut animas eorum pascat ad vitam æternam. Minime dissentunt, quod licet Corpus & sanguis Domini non manducetur & bibatur ore Corporis (quod in sacris nullibi docetur) tamen manducetur & bibatur spiritualiter, ore nimurum anime, b.e. vera fide. Ratum quippe habent Augustiniānum illud: crede & manducasti. Illud vero, vel ipso Lutheranorum arbitratu, & præcipuum isthōc in mysterio est, & maximè necessarium: cum manducatio contra oralis (ceu Formula concordiae loquitur) & noxia aliquando esse possit & damnationis causa. Sed hic accutius ad statum controversiæ attendere debebat Adversarius, ubi quidem non est quæstio, an fides omnibus communicantibus in S. Cœna necessaria sit, seu an detur manducatio spiritualis quæ fit fide? Sed an præter hanc quoq; statuenda sit manducatio ac bibitio oralis quæ fit ore; hanc male separat ab illa Adversarius & propterea ad analogiam fidei confudit. Nemo negavit manducationem spiritualēm; (quamvis hæc improptie talis sit) Cum enim manducatio & bibitio oralis sit ad actum sacramentalem adstricta nec ultra illam duret sive extendatur; spiritualis manducatio & bibitio indesinens sit oportet: semper enim meminisse juvat panem atque vinum Euchisticum ceu media admirandæ & sublimis perfrutionis, à quâ tamen minus manducatio oralis separanda est utpote ab illa distincta ad objectum perceptibile nro-

Calviniani p̄eius lata, cum admirabili quādam nōnūvia implicata. Quan-  
 salvis hypo- quam (quod ὡς τὸ πνεύμα dixerim, dubitare ad huc liceat, num  
 thesibus nec Calviniani, etiam spiritualem mandationem sincere credant?  
 spiritualem nam cum stante metonymia sua non admittat, Christum Corporis  
 mandatio sui mandationem in S. Cœnâ instituisse, cum fide dubia cor-  
 nem corpus Domini vivificum pronuncient; quā ratione credant illud  
 que fit fide spiritualiter in S. Cœnâ manducari, neque enim nisi cibus vivifi-  
 saltēm, pos̄ cus spirituali modo manducatur. Cum refragantur: Christum  
 sunt credere. mortuum esse pro omnibus; quis eorum in individuo certus ef-  
 fe potest, Christum pro se esse mortuum, & se in individuo cor-  
 pus Dominicum fide manducare? quia fundamento, quo fiduci-  
 alis applicatio infallibiliter firmatur, fide sincerā, qua mandu-  
 catio est perficienda, destituitur. Et si hoc, quid est quod Adver-  
 sarius in thesibus de non substantiali, sed gratiola atq; fidei præ-  
 sentiā tam thrasonicè gloriatur, & phaleratis verbis vocem atq;  
 mentem Reformatorum sic elevet, ut statuat: Reformatos mi-  
 nime diffiteri mandationem spiritualem, quæ fit fide, nec non  
 gratiolas corporis & sanguis Dominici in Cœnâ præsentianū.  
 Sanè quod non fide manducatur, non est præsens fidei, tametsi a-  
 lias dici possit: fidem quæ nullis temporum & locorum spatijs  
 inter cluditur, quoq; remotissima sibi præsentia habere, ut ut non  
 realiter, intentionaliter tamen ut Schröderus in Sceptro Regali  
 De mente p. 595. id ostendit. Nec à partibus Reformatorum stat quem Ad-  
 Auḡstini. versarius prædicat, Augustinus: Ille siquidem expressis verbis do-  
 cet: Eucharistiam quo ad substantiam suam, constare duobus, Visi-  
 bili Elementorum specie, & invisibili; Corpore & sanguine, insen-  
 tent: Prosp̄eri; Corpus Dominicum per manum ministri exhiberi  
 indeq; in pane accipi, quod pependit in cruce; Et in Calice quod flu-  
 xit de Litere ad Neophyt: ap. Bedam: Corpus & sanguinem Domi-  
 ni, non tantum fide sed & ore corporis percipi contra Advers. Legis  
 l. 2. c. 9. Etiam indignos fide carentes accipere Corpus & sanguine-  
 nem Domini: eaq; inter discipulos innocentes accepisse proditorem  
 Judam lib. 5. contra Donatist.: c. 8. epist. 162. & l. 9. cont. Fulgent:  
 verba vero è Tract. 25. in Johā: allata sententiae Adversarij pa-  
 trocinari nequeunt, vel ob hanc rationem, quod illa non sint  
 expli-

explicativa verborum institutionis Eucharisticæ, sed versiculi 29.  
 c. 6. Johannei: Ubi Johannes ait: Respondit Jesus & dixit eis: Hoc  
 est opus DEI ut credatis in eum, quem misit ille, è quibus sic infert  
 Augustinus: Hoc est ergo manducare cibum (scilicet in sermone Jesu  
 à Johanne consignato) non qui perit, sed qui permanet in Vitam &  
 eternam. Et qui paras dentes & ventrem? erede & manducaſti.  
 Monstra hic Reicheli ullum manducaſionis tuæ vestigium. Per-  
 ge verò, cogenti ad institutum modum urgere locum Augustini,  
 & compendium habebis ad manducaſionis sacramentalis ever-  
 sionem. Et hæc ἔποντωσις esto ὑγιανόντων λόγων de primo quaſito  
 ex articulo de S. Cenâ, quem monſtrosis imaginibus horribi-  
 lem fecisti. Videamus quid loquantur theſes de quaſito altero ex  
 Articulo de Persona Christi.

§. 16. Secundo itaque impugnas, quod Corpus Christi ſecun-  
 dum indiſtantiam ſit ubiqꝫ, idque ex unione personali tanquam lo-  
 co palmario dicis nos evincere velle; Adducis verba Formulae con-  
 cordiaꝫ, à Luthero allegata p. 784. quam ſtilonimis Sarcastico &  
 pungente fodicas, vel eo nomine quod in ea multa aspera hoc  
 loco inveniantur, ut, quando dicitur: Absit ut ego talem Deum  
 agnoscam & colam de quo videlicet recte dici poſset: Hic eſt Deus  
 ille, qui non eſt Homo & qui adhuc nunquam homo factus eſt. Tan-  
 dem ſyllogiſmuſ quempiam noſtratiū tibi fingeſ quiſ lanci-  
 cines & refellas.

Ad iſta vero reſpondetur; (1) gratis dici nos om̄ine funda-  
 mentum ſententiæ noſtræ adſolute & ſimpliciter in unione per-  
 ſonali, è qua, ceu palmario loco, omnipræſentiam evincamus;  
 collocaſe. Cum enim hæc ex unione hypostatica deſumpta-  
 tio ad certum omnipræſentiæ modum, quem hypostaticum fa-  
 lutamus, peculiariſter ſpectet, illa quoque nihil aliud evincere  
 præſumimus, quām quod de auſumpta humanitate recte dicatur  
 eam perſonaliter omnipræſentem eſſe: Non enim omnipræſens  
 eſt per immensitatē eſſentiā ſuā, ut Divina natura, ſed per unio-  
 nem cum λόγῳ. Nec per ſolam unionem omnipræſens eſt; eo  
 modo quo porro omnipræſens eſt per exaltationem, nam per il-  
 lam nempè unionem omnipræſens eſt καὶ περιχώρην & natu-  
 rarum

Adducuntur  
 & examinā-  
 tur Adverſa-  
 riī reſponsio-  
 nes, exce-  
 ptiones & in-  
 ſtantiae in ar-  
 ticulo de  
 Persona  
 Christi.

quomodo &  
 quo reſpectu  
 ad omnipræ-  
 ſentiam car-  
 nis argumen-  
 temur ex u-  
 nione perſo-  
 nali.

rarum conjunctionem penitissimam τῷ λόγῳ, & eatenus pro omnipræsentia, ex loco de personali unione argumentum necimus quod alias à nostratibus sic formatur.

Id quod Filius DEI ubiunque apud creaturas est, creaturis omnibus sibi & secum præsentius & proximus habet, de eo recte dici potest quod sit personaliter omnipræsens.

Atqui Filius DEI, ubiunque apud creaturas est, creaturis omnibus sibi & secum præsentiorē & proximiorū habet assumptam humanitatem. Ergo, de assumpta humanitate recte dici potest, quod personaliter sit omnipræsens.

Per Exaltationem verò omnipræsens est, etiam κατὰ κυβερνησίου seu universalem & plenariam rerum creatarum gubernationem qui omnipræsentiae modi ideo à nobis hic tanguntur, eo quod ab Adversario perperam Confundantur, (2) nulla verbis antecitatis Formulae concordiæ inest obscuritas, quin potius ex omni parte verbo DEI I. Cor. 1. 13. sanctis Patribus, dum assumptam naturam unitam dicunt assumenti, non solum αὐγχύτως καὶ αἰτέπτως sed etiam αἰδιαιρέτως καὶ αἰχμαλίτως, αἰδιαστήτως καὶ αἰδιασπάστως congruunt; Divideretur enim Christus, & assumpta natura ab assumente divelleretur si talis Deus coleretur, qui non esset Homo vel qui hic Deus, alibi Homo, foret. Quod vero, inquit Reichelius: *si haec simpliciter vera sunt quid de Deo Patre, quid de Spiritu S. statuendum erit?* id facit more suo calvinistico & deceptitio, quo pervertit verba & ad Deum in essentia consideratum applicat, quæ de Deo tamen in unione considerato sive θεανθρώπῳ intelligenda erant. Verba itaq; Formulae concordiæ non simpliciter sed secundum quid acceptanda erant; plura absurdā quæ se ex eadem hanc concordiæ Formula hausisse scribit Adversarius cum non apposuerit, nec eorum atque plurium à nobis sibi demonstrari absurditatem facile ignoscet. (3) ad rem & ad argumentum, quod ita format:

*Quicunque præter naturæ ordinem cum Deo personaliter unitus est, & ita unitus perpetuo manet, ille ubique est, ubi Deus est, & ita ubiq; est, uti Deus ubique est, nempe repletivè, perque consequens indistanter.*

Sed

Sed humana Christi natura (s. quod idem b. l. est Christus secundum humanitatem personaliter cum Deo est unita, & ita unita perpetuo manet. E.

Hujus argumenti Majoris connexionem negat: scilicet nullatenus sequi: quod qui præter vel supra naturæ ordinem cum Deo personaliter unitus est, & ita unitus perpetuo manet, necessario ubique sit, aut esse debeat, ubi Deus est; aut etiam eodem modo ubique sit, quo Deus est ubique; item non statim etiam tolli unionem, et si unum eorum non in eodem loco, neque eodem modo sit, in quo loco & quo modo est alterum. Resp. Extra oleas vagatur hic in multis Reichelius: Disputat de eodem omnipræsentia Divinæ & Humanæ naturæ modo, qui tamen minus hic attenditur; Concedimus Humanam Christi naturam non eo modo omnipræsentem esse quo omnipræsens est Divina, quoniam huic omnipræsentia naturæ Φύσις sive per essentiam, Illi, κατὰ χάριν seu per unionis gratiam competit: Ratiocinatur insuper de loco: Andivina & Humana natura in eodem loco sint; quod in controversiam tamen non venit: neque enim de loco quaestio est: An Deus & Homo sint in eodem loco: Deus plane non est in loco: Sed hoc quæritur: An Divina & Humana natura post unionem factam ita sint sibi invicem præsentes, ut una absque; altera non sit? hoc qui negat, certo certius in Nestorianorum castra labitur & unitorum unionem tollit, cum ea facta sit αὐδιαστίτως αὐχωρίσως, αὐδιασπάσως. Quâ de re fuse docet B. Brentius *Theologus*, genuinæ Confessionis Augustanæ gnarus, in scripto de Majestate Christi Iesu edit: Francof: 1562. p. 73. Cujus verba, cum ad illustramentum hujus & cum primis επισήμισμα oggannitrientis faciant plurimum, adscribemus ut prolixiuscula: grata veritas compensabit, si qua futura videatur temporis jactura: Cum de Christo sermo est, quid in una Persona unitum esse, aliud est, quam ita inseparabiliter conjunctum, ut non solum ubicunque est Deitas, ibi quoque sit humanitas, verum etiam ut Deitas omnem suam Majestatem humanitati communicaverit? quemadmodum, supra copiose demonstravimus. Quare si quæsiveris, quomodo Humanitas Christi possit esse capax omnipræsentia, vicissim quæram & Ego, quomodo ea-

N

dem

dem humanitas possit esse capax *omnis plenitudinis Deitatis corporaliter?* si hujus infinitæ rei capax est, quomodo non etiam illius? *Et si totus Homo est Deus, & totus DEUS est Homo,* quomodo homo non esset *ubicunq; est Deus?* plus ne est, ubicunq; Deus est, quam esse Deum ipsum? *Et in libello de personali unione duarū naturarum edit: Franc: 1563.* Postquam ex concilio Ephesino & Chalcedonensi ex Athanasio & Leone etiam unionem naturarum illustrasset, sic p. 13. inquit; Annon perspicuum, quod cum Deitas & humanitas in una persona Christi inseparabiliter & indivulse conjunguntur, necessarium sit, ut, *ubicunq; est Deitas,* ibi etiam (propter personalem subsistentiam) sit *Humanitas Christi?* certe nisi hæ duæ naturæ sic semper unitæ in Christo maneant, ut altera *nusquam* sit sine altera, fieri non potest, ut Christus una maneat persona. Si Deitas Christi *allicubi* est sine humanitate ejus, duæ erūt personæ non una. Quid igitur est, quod nōnulli dicant, *Personam Christi* non habere *sibi* ubique humanitatem unitam? *Et paulo post p. 14.* qua fronte audent illi dicere, personam Christi non habere ubiq; *sibi* humanitatem unitam? Certe Deitas & Humanitas Christi, sunt una & inseparabilis persona, quomodo supra dictum est. Negari autem non potest nec debet, quin quæcunque sint unita *inseparabiliter, ubicunq; unum est, ibi sit & reliquum, nec sit ullus locus aut locorum spatum, quod ea posset separare.* Sed respondere solent (quo collimat noster etiam Reichelius cum ait: *An igitur non separantur naturæ in Christo & aboletur unitas personæ Christi?* Nequaquam: Nam et si *Humana* ejus *natura* non sit *ubiq;*, tamen *Divina natura* est *ubiq;*, & proinde ab *Humana* non potest dirimi vel separari: quod enim *ubiq;* est, à nullo potest separari) hoc tam verum esse, cum alterum eorum quæ sic uniuntur, non excedat alterum, nec sit majoris ambitus quam reliquum. Quasi vero hic (arrigeaures Reicheli) sit dandus locus Geometricis, de ampliori excessu & majori ambitu, speculationibus: Et quasi hanc ineffabilem & inseparabilem unionem, cuius nullum aliud extat in universa rerum natura Exemplum disolvere queant unius immensitas & alterius dimensitas: ac non potius nos in summam admirationem adducant: cum per

perfidem certo sci amus, quod Filius DEI assump serit Filium hominis in eandem personam, & ornaverit eum omni sua Majestate, atq; evexerit eum ad dexteram DEI Patris, ut sicut Filius DEI fuit ab æterno immensæ potentiae, ita nunc filius hominis, postquam in unitatem personæ assumptus est, ejusdem sit Maje statis & coram omnia gubernet. Sed iterum etiam *objiciunt* (objicit ita etiam *Reichelius* in thes. *unum tantum esse infinitum & immensum.*) Si igitur Humanitas Christi ibi semper esset ubicunque est Deitas annon essent duo infinita. Sic quidem argumentatur humana sapientia. Cui etiam ex philosophia ejus responderi potest, quod, (NB) etiamsi humanitas Christi esset ubiq; in omnibus locis, tamen ne sic quidem esset infinita. Et si proprium loquendum est: de infinito libet recitare verba Nazianzeni : *δι-χηδε τῷ ἀπείρῳ θεωρημένῳ κατὰ τὸ ἀεχήν, καὶ τὸ λόγον γὰρ υπὲρ τῶν ταῦτα καὶ μὴ τούτοις ἀπειρόντιον.* h. e. infinitum consideratur dupliciter, & secundum *initium* & secundum *finem*: quicquid enim hic superat nec in illis continetur infinitum est. Quare et si humanitas Christi nunc post unionem est, ubicunque fuerit Deitas ejus tamen non idcirco caret initio, sicut Deitas; ideoque non est hac in parte infinita p. 19. ait, cum tribuitur Christo humanum Corpus, vel est simpliciter considerandum, quæ sint proprietates, quæ accidentia humani corporis per se in hoc mundo, & pro conditione hujus mundi, sic enim manifestum est, quod Corpus sit in loco localiter & circumscriptivè, id quod res ipsa testificatur: Sed maximè omnium considerandum est, quod Corpus illud Christi unitum sit cum Filio DEI, unione hypostaticâ seu personali ac inseparabili ut ubicunque est Filius DEI, ibi sit etiam Corpus ejus, unitas personæ disceptatur. Itaq; et si humanam naturam extra Christum, & juxta Physicas rationes, in uno tantum loco esse oportet sicut Augustinus dicit, & Christus suscepit tempore ministerij & conversationis suæ in hoc mundo humanas (præter peccatum) imbecillitates, ac fuit corpore suo pro conditione hujus mundi in loco circumscriptivè: tamen interea hypostatica unio non fuit dissoluta, & ubicunque fuit Deitas Christi, ibi non secum habuerit etiam humanitatem suā,

idque non localiter, sed ut ex illo Prophetæ dicto (ego Cœlum & terram repleo) Veteres locuti sunt repletivè. Quam igitur gloriam Corpus Christi vel habuit in hoc seculo, vel jam habet in altero seculo, non habet ex natura humanitatis per se, sed ex natura Deitatis, cum quâ Corpus Christi hypostatica seu personali unione inseparabiliter est unitum.

Præterea cum humanitatem Christi Deitati ejus, ita conjungimus seu unimus, ut ubicunq; est Deitas, ibi secum habeat humanitatem, non tribuimus Christo multa & varia corpora, nec tribuimus Corpori ejus localem extensionem, aut diffusionem, sed evehimus ipsum ultra hūc corporalem mundum extra omnem creaturam, & locum & collocamus juxta conditionem hypostaticæ unionis in Cœlesti Majestate: quam etsi tempore carnis suæ in hoc seculo dissimulavit, seu ea sese, ut Paulus loquitur exinanivit, tamen nunquam eà caruit. Potestatem, inquit *Cyrillus*, quam post resurrectionem dicit sibi datam, ante resurrectionem quoq; habebat. Itaque non habuit vel duo, vel tria vel quatuor, vel plura Corpora, aliud quidem in Hierusalem cum in templo concionaretur, aut in cruce penderet, aliud urbe Româ, aliud Athenis, aliud in Cœlo: sed unum idemque Corpus, quod erat in Hierusalem, visibiliter, & illocaliter. Neq; enim ea loca, quæ sunt in nostris humanis oculis diversa, & à se invicem distantia sunt tot, tanta, & talia in oculis divinæ Majestatis: sed sicut omnia tempora sunt ei momentum, ita & omnia loca sunt ei unus locus, immò ne punctum quidem loci, aut si quid minutius dici potest. *Hactenus Brentius.*

*Argumentū  
Lutheri ex  
Sessione ad  
dexteram  
DEI exami-  
natur*

§. 17. Pergit ad argumentum Lutheri quod, pro ubiquitate ex sessione ad dexteram DEI desumpsit, & illud hunc in modum impedit, non sequitur dextera DEI est ubiq; ergo etiam Humana natura, quia Christus ad dexterā Dei sed & ubiq; est. Meminiſſe enim oportebat, quod non omnia, quæ de dextera DEI prædicari possunt prædicari simul debeant de Humana Christi natura, v. c. Dextera DEI, (quæ nibil aliud significat, quam summam DEI potentiam, Majestatem & gloriam) rectè dicitur esse æterna infinita &c. Sed non rectè idem dicitur de Humana Christi natura, testibus ipsis Lutheranis.

*nis. Idem judicium esto de ubiquitate, seu omnipræsentia, quæ, cùm infinitate longè est conjunctissima.*

Sed neq; hæc tam valida & robusta sunt, ut Lutherum de ponte dejiciant, nedùm fundamentum ejus destruant.

Primò quam de *attributo æternitatis, & infinitatis* *ἐνσετιν* *opponit nobis, à scopo rei perquam aliena est.* Lutheri argumentum, ad quæstionem; *ubi* sit humana Christi natura? tendit; de quâ rectè concluditur; *Dextera DEI est ubique:* Ergo etiam humana natura, quæ sedet ad dexteram DEI, est ubiq;. Sed instantia *de æternitate infinite, à Reichelio data, quæstionem: qualis* sit humana Christi natura? concernit; ubi demum non est integrum, sic ratiocinari aut concludere: *dextera DEI est immensa, æterna.* Ergo etiam humana Christi natura, quæ sedet ad dexteram DEI, est immensa, est æterna. Uti non procedit, thronus Regis est eburneus; ergo quoque Rex est eburneus: econtra valet hoc, cum quæstio de *ubi* est: *Thronus Regis est in atrio,* ergo & ipse Rex est in atrio. Quapropter Adversarij instantia, vel eo nomine repudiatur à nobis, quod primò, conjuncta sit, cum *μέτα βάσεις ἀλλογένος* & de categoria *substantiæ* vel *qualitatis* cōcludat, cum de categoria *ubi* concludere debebat. Secundò, falso etiam supponitur, quasi attributorum *æternitatis* seu *infinity*, atque *omnipræsentiae*, in hoc communicationis idiomatum respectu, eadē sit ratio. Quanquam n. fateri necessum sit divinā idiomata essentialia, longè conjunctissimè se habere, ut separari à se invicem omnino nequeant; fit tamen hoc respectu *communicationis* faltem quæ est *μεταδοσίς* & collatio omnium attributorum realis, de qua dictum est, ad Colos. 2. *In ipso habitat tota plenitudo Deitatis;* atque sic concedimus, *æternitatem & immensitatem* humanæ naturæ, per eandem *δόσιν* esse communicatā, quā communicata est omnipræsentia neque unquam separanda, ab omnipræsentia; alia verò ratio est, *κανγρέξιας* sive *prædicationis* cuius respectu, attributa, se se non semper eodem modo habent; adeò ut recte neget, quicunque negat: *Æternitatem & infinitatem* perindè ut omnipræsentia de naturâ Christi humanâ, esse prædicanda: Non enim dico: *Humana natura est aeterna;* sicut

dico: *humana natura est omnipræsens.* Sunt enim *infinitas & æternitas* non idiomata *Energetica*, quale est *omnipræsentia*, cum assumpta natura, non sit organum *æternitatis*, & *infinitatis*, prout *omnipræsentia*; unde nec mirum, si non perinde ab illis, quomodo ab istâ, denominetur: Quemadmodum, e. g. *Corpus* non dicimus credere aut intelligere sicut dicitur *sentire*, nec pes videre, ut ambulare dicitur, quia, non *Corpus* sed *animus*, est organon intelligendi, non pes sed oculus, organum videndi. Rechè tamen prædico, *Humanam naturam æternâ virtute omnipræsentem*: quæ prædicatio tamen *mediate* fit, mediante scilicet *omnipræsentia*; ut innatur: unum sine altero, *omnipræsentiam* sine *æternitate*, aut quoq; reliquis attributis *communicari* haud potuisse, sed horum semper eandem esse rationem, licet non *ratione κατηγορίας*, tamen *κοινωνίας*, *ενυπάρχειας*, ut ut nō ad *prædicandum* tamen ad *habendum*. Tertiò insuper *Reichelius*, sui, suorumq; penitus oblitus est, quando concedit, dexteram DEI ad quam humana Christi natura sedet, nihil aliud, quam summam DEI potentiam, Majestatē atque gloriam involvere: quod confessioni *Helveticae*, quam omnes alias Reformati suscipiunt, per dexteram DEI locum in *cælis* intelligenti, contrariatur. Quam sententiarum diversitatem atque repugnantiam, quomodo conciliet, ipse videat.

§. 18. Ad dicta scripturæ nos accingimus, quæ summâ contentione, enervare studuit. Allegat loca, imprimis ex Matth. 18. v. 20. ubi sunt duo aut tres, congregati, in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Atq; ex Matth. 28. v. 10. *Ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi:* Quæ parum nobis patrocinari putat, vel ob duas rationes additas (1) quia hoc loco sermo est de *tota persona*, quod pronomen *Ego* manifestat; non de *alterutrâ natura*; de *personâ vero totâ*, verum esse prædicatū dicit hoc secundum *Divinam* saltem naturam, non *humanam*, quia, de humana natura, Dominus longè aliter locutus, ut vide re est ex Joh: II. v. 15. c. 12. v. 8. c. 16. v. 28. Luc. 24. v. 6. (2) Quia de præsentia non *substantiali*, sed *Corporali*, sed *gratiosa* seu *spirituali* sermo est.

Nos

Nos ad hæc respondemus i. *in genere* quod ista planè nos non feriant, siquidem ultrò admittant etiam Lutherani; Et de *Tota Personâ*, & *de gratiâ præsentia*, dictum hoc accipiendum esse. Sed quemadmodum tota persona, duas simul naturas in se comprehendit, ita ut nequeat esse, una absque alterâ; gratiâ verò præsentia, non *exclusiva*, sed *inclusiva* potius sit *præsentia generalis*, non possunt non, hæc tela Adversarium ipsum jugulare, quod sic ostendemus:

Ubicunque præsens intelligitur tota persona  $\mathfrak{E}\lambda\circ\gamma\delta$  ibi simul præsens intelligenda est humana natura quia tota persona constat è duabus naturis, & persona tota, post  $\epsilon\nu\sigma\pi\epsilon\kappa\omega\sigma\nu$ , non est sine humanâ naturâ. Atqui in hoc loco Matth: 18. præsens intelligitur tota Persona  $\mathfrak{E}\lambda\circ\gamma\delta$  (quæ minor, è confessione Adversarij ipsa fluit)

E. Et hoc loco simul præsens est intelligenda humana naturâ.

*Porro*, secundum quam naturam Christus præstò nobis est, suâ gratiâ & spiritu, secundum eam quoque nobis præsto est quo ad substantiam quia præsentia gratiæ & spiritus non excludit sed includit ac supponit, præsentianâ naturæ vel substantiæ, quod vel ipse Altingius fatetur p. 2. B. C. cum inquit: Præsentiam gratiæ Christi, præsupponere, præsentiam Personæ ejus, nec aliter se res habere potest, quia præstò esse gratiæ, & largiri spiritum sanctum, pertinet ad officium Christi, quod ei convénit, secundum utramque naturam; nec enim solum operatur Christus in Ecclesiâ secundum Divinam, sed etiam secundum humanam naturam: Nec separari potest vel *hypostasis à naturâ* cuius est hypostasis, vel *virtus operatrix à naturâ ipsâ* operante. Atqui, secundum Humanam naturam, Christus præ præstò nobis est suâ gratiâ & spiritu, (quod Reichelius fatetur)

Ergò secundum eam quoq; præsto nobis est natura.

In specie vero 2. ad dictum Matth: 18. v. 20. R. τὸ Ego, non posse Personam solum secundum *Divinam naturam*, excludendo humanam, importare, quod probamus i. *ex verbis Textus*: hoc modo: Quam naturam respiciunt verba, ubi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, secundum illam etiam Christus

præ-

*De Dicto  
Matthæi c. 18  
v. 20.*

præsens est in medio eorum : At illa respiciunt Christum, non  
 tantum secundum Divinā, sed etiam humanam naturam : Quan-  
 doquidem in nomine Christi congregari oporteat, ut Christum,  
 non ut Deum tantum, sed quoque hominem agnoscamus, con-  
 fitemur, invocemus, in eumque credamus, ceu Deum pariter  
 & hominem, Redemptorem nostrum : Porrò : in cuius nomine  
 congregamur, ille præsens & in medio nostrum ; At in Christi  
 nomine, non solum quâ Deus, sed quâ homo etiam, congrega-  
 mur. Ergò Christus, non solum quâ DEus, sed quâ homo etiam  
 est præsens & in medio nostrum. 2. *Ex verbis antecedentibus*  
 hoc modo : secundum quam naturam Christus est solvens & li-  
 gans, in cœlo & in terrâ, secundum eam etiam est præsens è col-  
 latione v. 16. & 19. Atqui hoc sit, non tantum secundum Divi-  
 nam, sed etiam humanam naturam : Est enim etiam judex, secun-  
 dum humanam naturam, cuius est absolvere & ligare. 3. *Ex Co-*  
*barentiâ totius textus*, hoc modo : Juxta illam naturam Christus  
 se in medio duorum aut trium præsto futurum promittit impri-  
 mis, juxta quam naturam, eum præsentem fore tum poterant  
 ambigere discipuli &c. Deinde τὸ adesse in medio hoc loco, non  
 solum gratiam & operationem, sed simul substantialem adessentiā  
 in volvere, vel ex eoliuet, quod quotiescumque hoc adesse  
 in medio sanctorum & fidelium de Persona Divinâ usurpatum  
 sit, semper utrumq; comprehendat, & illocalem substantialem  
 adessentiam, & gratiosam operationem Id quod cōtra F. Socinū,  
 alibi à Theologis, constanti omniū locorum scripturæ testimo-  
 nio probatum : Cōf. D. Tarnov. de Trin. p. 857. & seq. Et h. l. tale in-  
 super esse in medio requiritur : scilicet Divinum; quia hoc adesse  
 debet esse fundamentum disciplinæ Ecclesiasticæ in quâ exercé-  
 dâ, necesse est constare non agi de absente Domino & Ecclesiarchâ,  
 sed eodem intime præfente v. 15. quia hoc adesse debet etiam  
 esse principium concordiæ, solutionis, ligationis in Cœlo & in  
 terra peragendæ ad cuius apotelesma pertinet, ut quod ministe-  
 rialiter interra, hoc est in statu fragili & humili perficitur inter  
 mortales, idem dominice in cœlo, h. e. divinâ, summâ, eminē-  
 tissimâ potestate peragatur, quorum rursus Divina substantia-  
 lis

lis adessentia requiritur v. 18. *Porrò quia hoc adesse est argumentum gratiosæ adessentiæ DEI patris in Cœlis v. eod; ut autem DEUS Pater adest, & gratiole respicit nos, ipsi factos supplices, non gratiofa operatione tantum adessendo, sed etiam substantialiter, ita & Christus.* Ait enim is: *Deus Pater dabit, quicquid in Cœlesti & omnipræsente Majestate ejus contenditis, si id in meo nomine facitis; quare? quia ego sum in medio eorum: qui in meo nomine aliquid à Patre contendunt.* Quomodo ex hoc illud concluditur? ideo, quia ubi aliquid à DEO Patre nomine Christi contenditur, ibi Christus ut Mediator illico adest, tam intimus atque indistans ac Deus Pater, & Deum Patrem nobis conciliat. Ergò non est major DEI Patris propinquitas, quam Mediatoris.

Par ratio est loci *Matth. 28. v. 20.* ubi nempè rursus τὸ Ἐγώ, tam humanæ quam Divinæ naturæ significativum est, ac si dixisset Christus: *Mea Divina & Humana natura est vobiscum: seu ego & secundū Divinam & secundū Humanam naturā sum vobiscū.* *De dicto Matthæi c. 28. v. 20.* Quod probatur. i. ex prædicato, adesse Ecclesiæ, quod nō potest nō attribui Christo θεανθρώπῳ secundum humanam naturam, ut alias, quod Christus θεάνθρωπός sine limitatione de personā suā pronunciat, de Personæ illius humanā naturā quoque est accipendum: imprimis ubi de adessentiâ sermo est. Quia ubi unum est unitorum αδιαστάτως καὶ αδιαστήτως conjunctorum ibi alterum itidem esse oportet sicut omnino sequitur; ubi præsens est Petrus, ibi anima & corpore ipsum adesse: non vero solā animā, aut solo corpore: Ita ubi præsens est Christus ibi humanam & divinam ejus naturam præsentem esse necessum est: *alia ratio est* si documentum evidens textum limitet, seu prædicatum ita cōparatum sit, ut Christo secundum humanam naturam, aliquid attribui haud permittat, cuius exemplum extat *Joh. 8. v. 58. 2. è Christiscope:* *Qui est partim generalis, & proponit, facere credibilia, non obstante passione atque illis, quæ cohæserunt passione, infirmitatibus.* Itaque Christus cum nosset, ob oculos discipulorum adhuc versari τὰ παθήματα, ipse eos adducit, ad considerandas, τὰς μετὰ τὰν τὰ δίξας, uti *S. Petrus 1. ep., 1. v. 11.* ait. Id quod etiam *S. Athanasium* movit, ut postquam etiam locum,

O

hunc,

hunc, inter objectiones *Arianorum* contra Deitatem Christi enumerasset, generatim inter Deitatem & humanitatem, in una persona Christi distinxerit, & postea sigillatim ad humanam naturam applicaverit *Tom. I. oper. orat. 4. contr. Arianos* p. 270. & 279. seqq. & *orat. 5. p. 305. conf. Gregor: Nyssenum orat. 7. de Resurrect. p. 202. Bedam, in com. h. l partim quoq; scopus est hoc loco Christi, & quidem specialis, demonstrare, titubantibus Apostolis, basin ministerij Evangelici, ceu fulcrum fiduciæ, patrocinij sui inter medios Tyrannos & hereticos concipiendam: Idq; dupli ex fundamento, tum ex omnipotentia suâ, de quâ v. 18. tum ex omnipräsentia, de quâ v. cit. loquitur. At ex v. 17 omnino certum est: Apostolos imprimis, & præcipue, de ejus secundum humanam naturam præsentia perpetuitate, quâ fundatum ministerium immote perstitutum erat, dubitasse: sequetur ergo de eâdem hâc præsentia Humanæ naturæ, ab ipso Christo, Apostolos speciatim informatos esse. 3. è promissionis assistentia fundamento; quod est concessio omnis εξιστας in Cælo & in terrâ Christo datæ, quam accepit, secundum Humanam naturam vi v. 18. cum ergo hanc cum omnipräsentia per conjunctionem copulativam textus οὐναθεία expressè conjungat, tuto colligendum erit: secundum quam naturam Christus accepit omnem potestatem, in cœlo & in terrâ, secundum eam etiam omnipräsentiam suam promittit. 4. è promissionis hujus complemento: quod est sessio Domini ad dexteram DEI. Nam ita Marcus c. ult. v. 19. 20: Dominus, postequam locutus fuisset eis, receptus in Cælum, & consedit à dexteris DEI. Quomodo ergo Christus, secundum humanam naturam simul sedet ad dexteram DEI, ita quoque secundum eam, præstat promissam præsentiam. Plura è præcedenti arguento huic gemino petantur. Nec moramur ea, quæ ab Adversario illustrationis causa his annexa sunt.*

*De dicto J.  
XI. 15.*

Dictum enim Joh. I. v. 15. intelligendum est de actu naturali humanitatis, è quo alter nempè personalis, impugnandus non erat. Vid. *Hun: in com. h. l.*

*De dicto  
Joh. XII. v. 8.*

Dictum Joh. II. v. 8. *me non semper habetis*, intelligitur secundum quid, & substratam materiam, sc. in tali visibili formâ, atq;

atque statu servili, ut mihi possitis bene facere, prout, cum prae  
sto erat, & pro ut pauperes habemus, quibus benefaciamus,  
quemadmodum bene tunc de illo mereri voluit mulier. Ne-  
gat ergo Christus, non presentiam secundum carnem simpliciter,  
sed certum saltem presentiæ istius modum. Eadem est ratio dicti  
Luc: 24. v. 6. Surrexit non est hic, sc. ratione presentiæ visibilis  
& quidem secundum modum, infirmitatis, juxta quæ ibi quære-  
batur & Joh: 16. v. 18. relinquo mundum nempe quoad continua-  
tionem saltem presentiæ localis, non quoad ipsam presentiam  
substantialem atque invisibilem.

Ebr. 8. 4.

Dictum ad Hebræos 8. v. 4. si ad huc in terris esset sacerdos  
non esset, demonstrat, Christum non terrenum aliquem, sed Cæ-  
lestem esse sacerdotem. E quo, si Rechelius omnimodam &  
substantialem absentiam vult elicere, textui injuriam infert,  
quia τὸ εἶναι ἐπὶ γῆς in hoc dextu non est simpliciter idem, ac in  
terrâ adesse; sed more sacerdotum, qui juxta legem offerebant  
donaria, in terrenis versari, donarijs, victimis, ac umbris. Ac pro-  
inde non sequitur: Christus non est interrâ ut sacerdotes leviti-  
ci, qui alibi non sunt quam in terrâ, ubires terrenas tractant, vel  
non est in terra ut sacerdos, tabernaculum nondum ingressus,  
vel non est interrâ tanquam in mansione ordinariâ. Ergo sim-  
pliciter quâ homo non est in terrâ. A negatione presentiæ modi,  
seu secundum quid, ad negationem simpliciter non valet cōseq;  
Ut taceam, quod eâ explicatione stante dicendum foret Reiche-  
lio, Christū dum in terrâ erat, sacerdotem non fuisse, quod fal-  
sum est, & absonum.

§. 19. Quod porrò regerit: totius Historiæ Evangelicæ, una-  
cum symbolis omnibus communī consensu, in Ecclesia DEI receptis,  
axioma esse: Christum Dominum nostrum, non saltem in tempore ex  
Mariâ virgine, verè & propriè natum esse: Sed postea etiam quoti-  
dianis auctibus adolevisse, de loco ad locum migrasse, in Cælum af-  
cendisse, è Cælo ad decretorium illum, extremi judicij diem, certo  
rediturum esse; Veritati maximè litare, nemo negabit. Neg-  
amus autem Nos omnipræsentia Christi, quâ hominis, in terrâ,  
quam nos adstruimus, conyenienter illud opponi. Ratio est:

D 2

Quia

*An Ascensio ad cœlos pugnet cum substantiali presentia Christi?* Quia ex nullo principio constat, ascensionem ad cœlos, redditum ad judicium, & similia pugnare cum illâ, substantiali divinâ præsentia Corporis Christi. Sanè ascensio ad cœlos non opponitur, divinæ substantiali præsentiae Christi, sed facta est semel, ita tamen ut secuta eam sit, τὸν ἀπάντων πλήρωσις, Eph. 4.v.10. πλήρωσις, οὐ σώματος μυστηρίου v. 13. quam πλήρωσιν nil aliud involve re & esse quam Divinam substantialiem præsentiam, Christo juxta Humanam naturam competentem, alibi à Theologis, speciatim Excell. D. Calovio in Tract: de Pers: Christi est probatum. Post hērōwσιν namq;, quâ etiam juxta humanam naturam εκένωσε μορφὴ θεὸς πάντα πληρώντος περὶ ὑπερύψωσιν egressus est ad eandem formam; quo respectu dicitur secundum humanam naturam factus Dominus Act. 2.v. 36. Dominus omnium, Dominus omni potens, Dominus Divine præsens, Vid. Excell. Dn. D. Dorschæum Pentad. disp. 15. θ. 3. Itaque Ascensio, non operatur absentiam simpliciter, sed absentiam secundum modum visibilis conversationis, & præsentie localis. Quod & natura actus requirit, quo fit, ut eo modò, aliquid non sit in imo, post ὑπερύψωσιν, quomodo erat in imo ante ὑπερύψωσιν. Hunc Asensionis actum, quem usque ad subductionem ex oculis discipulorum per nubem verum & localem motum fuisse, indubitanter credimus, elegit Dominus Jesus, ut eo mediante in gloriam suam, infinitæque Excellentiae arcanum ingredieretur, non ex necessitate sed summâ libertate; Potuisset enim Christus. quâ homo, ubivis locorum ad dexteram Patris, ad excelsa in cœlos pervenire.

*An redditus ad extremū judicium?*

Sic redditus ad Extremum Judicium, nequaquam tollit præsentiam Domini antegredientem. Quæ quæso namque consequentia, Recheli, est? Christus secundum humanam naturam, visibiliter redibit ad judicium, ergo interea nunquam Corpore suo substantialiter adfuit? Quis cordatus hanc ratiocinandi licentiam probabit! Reditus Christi ad judicium est peculiaris, extraordinarius, oecumenicus, ad præsentiam modus, præstandus verâ & reali etiam descensione. Ipsa tamen præsentia, non nisi diuina & infinitâ Majestate præstabilis est. Itaque Domini antegrediens καὶ τῷ νῦν καὶ οὐ non pugnat cum visibili ejusdem Φανερώ

gewei, sive reditu ad extremum iudicium, imo haec illam supponit & requirit. Nam quia Christo data est potestas faciendi iudicium, quia vel quatenus filius hominis est Joh. 5. v. 27. necesse est, Christum etiam à tempore dationis factæ & plenariæ usurpationis datorum omnia novisse, omnia omnipræsenter gubernasse, adeoque, omnia divina præsentia, eatenus complevisse. Hinc Jac. 5. 9. ὁ κριτὴς τοῦ ἡγετῶν θυγῶν ἐστιν & Phil. 4. 5. dicitur ὁ κύριος ἡγεμόνας.

§. 20. Denique ad consensum ipsorum Lutheranorum provocat, è quibus non pauci, hanc ubiquitatem rejecerint. Nominat autem in specie *Danos*, *Holsatos*, *Norinbergenses*, *Helmstadienses*. Idq; è Calixti iudicio §. 45 quod scriptum, vix pretio suo æstimandum, & quod ab omnibus Latinæ linguae gnaris legatur dignissimum commendat.

Resp. *Helmstadienses* jam non curamus, quin potius suo abundare sensu linquimus, de quibus certum est, quod parum orthodoxi foveant, loquantur, scribant; Quod hactenus Ecclesia Christi non sine maximo, proh dolor! scandalo atq; detimento est experta. *Danis* vero, *Holsatis*, atque *Norinbergenses*, hâc in parte, à Reichelio injuria quod fiat, dicere & statuere possumus, qui mentem atque animum ipsorum, penitus perspectum habemus. Nam in Dania, sistema Brochmanni, in usu Ecclesiarum publico hactenus observatur, in quo omnipræsentia defenditur. In *Holsatia*, Formula concordiae, ante quadriennium & quod excurrit, publicè recepta est; de *Norinbergenses*, Veteribus imprimis certius est, quam, ut prolixè probeamus, in reprobando Calvinianorum hæresibus, eos summè zelotes, semper extitisse. Quamvis ergò, *Dani* atque *Holsati* propter causas quasdam politicas, quibus se in suo Regno, aliorum dicta turæ submittere nolebant, Formulam Concordiae, antea non receperint, non tamen statim exinde extruendum, & eos, quæ in Formulâ concordiae habentur, non recepisse; contrarium enim ex antea dictis vel maximè desumi potest. Calixti iudicium, quos tam adeò delectat ejus verborum structura, in tantum admittere possumus, ut legatur, & latinæ linguae stilus inde formetur illis,

quibus meliora non suppetunt, ad latinam linguam facientia, non vero, ut res & materiae Theologicæ, seu orthodoxia, exinde dijudicentur, quia quantum ex scriptis ejus haec tenus in lucem, (o in felix Lolum?) editis atque sparsis est colligere, nihil minus quam Theologus & orthodoxus est, ut ut videri velit. Nos quod adeo arriserit *Reichelio*, autoritas *Calixti*, causam statuimus, vel quod defecerint alij, vel quod conjurato Ffatri suo (*Calixtum* enim Reformati se Fraternitatis vinculo dudum obstrinxisse, è colloquio Thoruniensi, & scriptis Calixtinis, in quibus eorum causam tam fideliter semper egit, certum est) mutuæ Fraternitatis tesseram aut signum comprobare voluerit.

§. 21. Tandem circa tertiam & ultimam quæstionem de fide prævisa, quæ est, an electio facta sit ex fide prævisa? Hoc agit *Reichelius*, ut (1) ad statum provocet & eum formet, (2) dissonantiā sententiarum Lutheranarum, circa hunc adducat (3) Lutheranos pelegianismi & semipelagianismi reos statuat (4) οὐοψηφίαν Formulae concordiae, ac Theologorum Saxoniorum in Colloquio Lipsiensi, nimis arroganter jactitet. (5) sententiam nostram Scripturæ dictis impetat, & tandem (6) ad unicum idque palmarium nostratum argumentum respondeat.

§. 22. En tibi, quo spiritu, hoc opus tuum incipis, *Reichelii*, eo ipsum perfidis, i. e. subreptitio; & fraudulento pro cesso, pro ut μυριοτεχνίης suggessit. Nam.

Primo in formando controyersiæ statu τῆς πλάνης μεθόδιας satis prodis, quando exclusivè, hunc, de sola εὐδοκίᾳ concinnaς hoc modo; quænam sit causa, illa, quâ Deus Opt:Max: inductus, quosdam ab æterno elegit? an sola εὐδοκία? & eatenus, concinnum Nobis opponis, ac si Reformati *Solum* thesin hanc, ex verbo DEI statuant, tueantur: Lutherani vero aliam illique oppositam profiteantur, quod aliam illi oppositam causam, putafidem, substituant. Nec enim aliam, mentem tuam produnt verba, si accipiuntur, ut iacent, hoc modo: *Cardo totius hujus controyersiæ in eo vertitur, quæ nam sit causa illa, quâ Deus Opt. Max: inductus, quosdam ab æterno elegit?* Hoc Reformati, ex verbo DEI respondent, causam illam esse meram εὐδοκίαν, seu benevolium

III P

lum affectum voluntatis DEI. Vid: Confess. Helvet: post cap. 10. eum quā conferatur Augustana artic. 5. Lutherani, causam illam perhibent esse Fidem prævisam: quod scil. Deus, ab æterno præviderit, quinam credituri & in verā fide perseveraturi essent, atquè ob fidem illam, quippe quæ ordine in decreto divino præcesserit, eos ad salutem æternam destinaverit, hoc est elegerit. At meminisse Adversarium oportebat, & nos ex verbo DEI, electionis causam ponere in sola èudoniam DEI & beneplacito ejusdem, non solitaria èudonia, aut solitario beneplacito, cum & aliæ caufæ sint, & suppetant, quæ decretum Electionis ingrediantur, utpote fides & meritum Christi. Quippe, sola DEI èudonia est causa electionis in ordine ad efficientem principalem: Meritum Christi, tanquā causa meritoria & impulsiva: *Fides* autem, ut causa instrumentalis. Hæ caufæ amicè invicem subordinantur, ut dum harum alteram scriptura electionis decreto includit, alteram non excludat. Quo pertinet tritum illud, atq; in Philosophorum scholis enatum axioma: *Exclusiva, uni causarum generi addita, non simpliciter excludit omnes causas alias, sed tantum in uno atq; eodem causandi genere.* Quapropter status controversiæ, hunc in modum formandus est: *An in decreto Electionis æternæ, ratione electionis ultimæ, quæ hunc electum constituit, ipsi DEI beneplacito, ut caufæ principali simul sint inclusa, tum meritum Christi sufficienter pro omnibus satisfacientis, ut causa movens, tum fides Electi ut organum Christi meritum perseveranter apprehendens, non quoad actum sed quoad intuitum?* Affirmativa Lutheranorum, negativa Reformatorum est; qui decretum electionis absolutum faciūt, ita ut illius causam solam dicant & absolutum, solum, nudum, verumque DEI beneplacitum, absque ullo, vel ad Christum, vel ad fidem respectu, de qua sententia Calvinianorum ex scriptis principalioribus eorundem supra actum est.

§. 23. Secundò impudenter nimis an imprudenter, discripartiam Lutheranorum ex eo colligis, quod horum aliqui fidem Electionis instrumentum, aliqui saltem partem & conditionem nominent. Non etenim contrariæ hæ sunt sententiæ, sed potius subordinatae & amicè conspirantes locutiones, quas ita facile an Lutheranorum circa questionē banc de prædestinacione difficile crepent?

cile dijudicarit vel leviter saltem in logicis circa doctrinam oppositorum, quæ debent fieri, ad idem, eodem modo, & respectu, tinctus: Attende jam *Reichelii*, num hæc scopo tuo ita congruat? Fidem *causam instrumentalem*, cum nonnulli nostratiū indigitant, ad meritum Christi respiciunt, quod pars decreti *Electio-*  
*nis est*, & quod fides ceu instrumentum *ληπτικὸν* amplectitur: Quam enuntiationem (dum nempè fides, causa instrumentalis non totius decreti, sed partis nempe meriti Christi, ut terminis istis uti liceat, ita dicitur) ipse *Wendelinus in Tract. de Prædest.* p. 140. quoq; commendatum ire, non erubuit: Id quod si atten-  
 dissem *Reichelii*, non adeò absurde taxasses locutionem hanc nostratiū, qui fidem electionis *instrumentum* dicunt, nempè,  
 quod sit saltem medium applicans meritum Christi, ex parte  
 subjecti, in intuitu ita prævisum, prout in tempore huic vel illo  
 subiecto actu applicatur; non verò, ut sit instrumentum, ex parte  
 DEI. At verò *partem*, Fidem, cum appellitant nostri,  
 ad decretum ipsum electionis sive totam electionem atten-  
 dunt, quæ ex parte nostri, diversis constat partibus &  
 actibus, inter quæ etiam fides effulgeat; fitque hoc solummodo nostro concipiendi modo. Ubi quidem non tenemur tibi, hu-  
 jus variatae phraseos aut vocis rationem reddere, quia Analogiæ Fidei, nil quicquam detrahit, nec Electionis decreto adversatur,  
 si quæ tamen danda foret, scias Nos propterea ita variare,  
 non quod prior appellatio fidei prævisæ (quæ instrumentum E-  
 lectionis salutatur) quendam sive *Pelagianismum*, sive *semipelagi-*  
*anismum* (uti perversè conjecturam ducis) redoleat: Quid enī in sibi cum Pelagianismo seu semipelagianismo, commune habeat? sed ut saltem hæc evitetur ambiguitas quasi Electio ipsa in se universalis, fide apprehendenda foret, quam terminus cau-  
 sae instrumentalis quam facillimè posset parere.

§. 25. *Fidem prævisam autem ingredi Electionis decretum, ad-*  
*struere, neq; Pelagianismum neque semipelagianismum est ad-*  
*struere. Pelagiani statuebant: Electionem factam esse juxta*  
*prævisam fidem, tanquam aliquod meritum, operam seu tāqvam*  
*opus naturaliū liberi arbitrii virium, qvo sensu pij veteres, contra*  
*Pela-*

Pelagianos disputantes, ritè negant, *Electionem factam esse propter fidem vel ex fide*. Nos planè aliter sentimus, & docemus; Fidem, gratuitum esse DEI donum, esse non meritum, sed medium, per quod meritum Christi apprehendimus, propter quod Electio est facta, hoc si Pelagianum est, Pelagianum erit insimul, statuere quod fide non justificemur, quod absurdum.

An Formula  
Concordiae  
Calvinianis  
patrocine-  
tur.

§. 24. οὐοψηφία Formulae concordiae, quam in allegatis verbis exp. 812. F. C. nectere & extruere allaborasti, est aperta αψηφία i. e. animo & menti tuae, planè contraria, cum ne apex quidem doceat, Fidem Electionis, causam & conditionem non esse, aut esse non posse, quin potius, assertionem nostram exsertè adstruat verbis hunc in modum conceptis: Dubium quidem non est, quin Deus exactissimè & certissimè aut ante tempora mundi præviderit, & hodie etiam norit, qui nam ex eorum numero, qui vocati sunt, in Christum credituri, aut non credituri sint: Qui ex conversis, in fide perseveraturi sint, qui non: Ergò fidei intuitus ingreditur decretum Electionis, quia electio facta est secundum intuitum, aut, prævisionem, ut ep. ad Rom. 8. 19. habet. Cum vero, Formulae concordiae Fidem hanc quam Deus ita ante tempora mundi prævidit, electionis, aut causam, aut conditionem non indigitat, eo ipso, illam ita dici posse non negat, nec enim hunc, hoc loco præfixum sibi scopum habet Formula concordiae, ostendere, quid aut quâ ratione, aliquid Electionis decretum ingrediatur, sed à quibus quis se temperare debeat, si in hoc, de Prædestinatione arduo articulo versatur, né videlicet, quæ Dominus, de hoc mysterio reticuit, & occultavit, solique luæ sapientiæ & scientiæ reservavit, curiosè nimis investiget. Hoc etenim evincunt, scopus & antecedentia Formulae concordiae p. 811.

In Saxonicorum vero Theologorum mentem de hoc punto prolixius inquirere non opus censemus, cum ipsa, eorundem ab Adversario allegata, rem expediant, nam cit: loc. è §. 10. fatentur über dieses alles haben die Thür.-Sächsische Theologen sich erklärt/ daß sie auch ferner (ergo ne latum quidem pilum unquam deflexerunt à sententiâ suâ) fut recht und der H. Schrifte gemäß hielten alles das jentige/ so in den Concordien Buch/ von diesen Ar-

An Saxonici  
Theologi in  
colloquio  
Lipsiensis?

nickel der gnadenwahl gelehret werde. Und das Namenslich / Gott  
zwar auf gnaden in Christo uns erwehlet / aber dergestalt (Ergo Fi-  
dei intuitum ceu conditionem ad decretum Electionis requisi-  
verunt) das Er vorher gesehen / wer beharrlich und wahrhaftig an  
Christum glauben werde &c.

An Scri-  
ptura?

De Dicto  
Eph. i. v. 5.

§. 25. *Dicitur vero scripturæ nobis objicit Reichelius, quæ du-  
plici ponuntur ordine ac differentiâ: quædam quæ priores pri-  
mitus exortos, Fidei prævisæ propugnatores, qui Pelagianismo  
vel semipelagianismo faverunt (in eâ enim adhuc est sententiâ,  
Lutheranos, hâc assertione sua Pelagianismo & semipelagianis-  
mo, quam proximè accedere) convincat: quædam quæ sint mo-  
deratoribus & modernis, fidem ut nudum antecedens prærequi-  
rentibus, opposita. Hinc opponit I. Dictum ad Eph. i. v. 5. Prae-  
destinavit nos, quos adoptaret in filios per Christum in se (ναγ-  
τὴν εὐδοκίαν & θελήματα αὐτῷ) pro benevolo affectu voluntatis  
sua. Resp. Fidem hic considerat adversa pars, ceu opus, quod  
suâ dignitate & præstantiâ, movere Deum queat, ut nos ad vitam  
æternam eligat. Nos minimè gentium sic docemus, sed conside-  
ramus fidem, tanquam causam instrumentalem, deinde commit-  
titur elencbus oppositorum. Nam Apostolus quidem facit menti-  
nem gratiæ DEI, in negotio Electionis; sed non intelligit *absolu-*  
*lutam gratiam*, ideo hoc loco, utilis observatio notanda est: *In*  
*dictis scripturæ, quæ agunt de causis salutis in articulo Electionis,*  
*Justificationis & glorificationis trias causarum arctissimo nexu col-*  
*ligatarum probè & sanctè retinenda est, Gratia DEI, meritum Chri-*  
*sti & fides: & licet interdum duæ tantum, interdum unica cau-*  
*sa exprimatur, Reliquæ tamen non sunt excludendæ, sed subin-*  
*telligendæ. e. g. in dicto petri Act: 15. v. 11. credimus per gratiam*  
*Domini nostri Jesu Christi salvari. Hic omnes tres causæ po-*  
*nuntur, sicut & Joh. 3. v. 16. Rom. 3. v. 24. 25. Eph. 2. v. 8. Gratia e-*  
*stis salutati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est. Ubi duæ*  
*causæ exprimuntur gratia DEI & fides: Meritum Christi subin-*  
*telligitur. Fidei enim objectum adæquatum & quasi correlatum*  
*est Christus. Confer Act: 16. v. 31. Interdum solius fidei fit men-*  
*tio: Gratia autem DEI & meritum Christi subintelliguntur. Ut*  
*Rom. 3. v. 28. Meriti Christi duntaxat fit mētio. I. Joh. 1. v. 7. sanguis*  
*Jesu Christi Filij DEI emundat nos ab omni peccato. Ita solius gratiæ &*  
*mise-**

misericordiae sit mentio, Matt:18.v.27. Sed non excluditur meritum Christi, & fides, ceu Photiniani perperam hoc loco abutuntur. Sic Paulus h. I. exprimit gloriosam DEI gratiam in articulo Electionis, minimè verò excludit meritum Christi & fidem. Scribit enim in v.4. *Elegit nos in Christo.* Porrò si, in Christo elegit, num in Christo fide apprehenso vel citrā fidem? Si istud: causa nostra asserta est: si hoc utiq; sequetur, aliquem in Christo esse, & electū esse in Christo sine fide, seu destitutum fide, quod *αθσόλογον* Ebr.XI.6. Multa ex hoc loco notari possēt fidei nostræ argumenta: sed consulto præterimq. 2. Dicendum ad Rom. 9.v.16. *Electio non est ejus, qui velit, neq; ejus, qui currit sed (γέλεγυτ θεος) miserentis Dei.* Ubi committitur elenchus oppositorum, in subordinatis. Mysterium Evangelij conjungit misericordiā ac dilectionem DEI, cum fide, Joh. 3. v. 16. perperam ergò faciunt, qui hæc sibi invicem opponunt. Deinde ambiguitas in vocabulo *absoluti* est notanda: vel enim opponitur nostris operibus; vel conditioni fidei: priori modo concedimus, gratiam & misericordiam DEI esse absolutissimam in articulo electionis & justificationis contra Papistas, qui pro proprietatum operum meritis, acerrime dimicant. Posteriori verò modo, etiam atq; etiam negamus, gratiam atque misericordiam DEI esse absolutam, adeoque citra intuitum fidei factā. Pari ratione, quoque *fides* dupliciter consideratur, vel ut *opus* atque virtus primi præcepti, sicut Pelagiani docuerunt: Hominem eligi & justificari propter fidem, quem Pelagianismum ab Augustino refutatum, nobis contra conscientiam Calviniani imputant; vel consideratur fides ut *ὅγανον αὐτηληπτικὸν*; instrumentum apprehendens misericordiam DEI. Et hoc modo minimè contrariatur gratiæ DEI. Eligimur enim & justificamur per fidem. Deniq; non de electione, sed de justificatione ibidē potius differere Apostolum è textus visceribus demonstravit Dn. Præses in Theol. Apost. Roman.p. 380. seqq. Num v. justificationem absolutam facient Calvinistæ? Annon ita applaudentes habituri sunt Socinianos.3. Dictum verò 2. Tim: 1.v.9. *Qui servavit nos, & vocavit, vocatione sanctâ, non ex operibus nostris sed (κατ' ιδιαν τεργεστιν καὶ χάριν τῆς δοθεῖσας ἡμῖν ἐν χειρὶ μονῷ περὶ χρόνων αἰώνιαν) ex suo proposito & gratiâ, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora seculorum &c.* Rectè opponitur Pelagianis & Papicoliis, qui falsò docent, *nos eligi & justificari per & propter nostra bona opera.*

*opera.* Recte etiam opponitur Semipelagianis, fidem non considerantibus ut ὁ γεναρού ἀντιληπτικὸς & manum mendicam, sed ut opus nostrum & virtutem insitam; & ex fide facientibus causam meritoriam, quod *Augustinus* in Pelagianis improbabavit. Hoc respectu etiam recte excluditur fides è decreto Electionis, & simul circulo justificationis: interim distincti gradus in consilio Electionis sancte & diligentēr retinendi sunt, in quibus omnibus ac singulis fides seu medium apprehendendæ gratiæ Dei locum obtinet, & excludi nequit.

Dicta quæ opponit Adversarius illis, qui fidem antecessisse profitentur, hanc merentur ex planationem: *Obstat* quidem putat inter cetera Reichelius, dictum Act. 13. v. 48. crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam: At concedimus hic decretum electionis à posteriori manifestari ac depingi, & electionem antecedentem declarari ex fide consequente, quæ respectu *intuitus* divini, simul est cum decreto electionis: Licet ratione *existentiæ* intempore posterior sit electione. Ideoq; hoc dictum plane contra nostram sententiam non pugnat: Pariter nec obstat quod B. Lutherus in prefat. ep. ad Rom. fidei collationem, non solum ordine posteriore decreto prædestinationis, sed quoq; hanc (prædestinationem) illius causam principalem & adæquatam fecisse videtur, loquitur enim de decreto DEI, non absoluto, sed ex suppositione facto, cui velit dare atq; conservare fidem, ijs tempe quos ab æterno prævidit, oblatam prævenientem gratiam non esse pertinaciter repudiatus, quæ non repudiatio nequaquam est nostrum, sed Dei opus, in nobis productum, cui nos resistere saltem possumus.

Tandem ad argumentum, quod Ille palmarium judicat, se convertit.

Per quod salvamur in tempore, per illud etiam electi sumus ad salutem ab æterno atque per fidem salvamur E.

Et responderet ad hoc per instantiam. h. m. Nam ita sequeretur, quod non tantum fides sed & lex Dei & Evangelium & sacramenta & herbi Dei ministri sint causa electionis; quia sunt cause salvationis. Resp. Non absolu est statuere hæc omnia legem Dei atq; Evangelium itemq; Sacra menta antecedere electionem ratione quidem ipsius προγνώσεως divinae, quemadmodum & ipsa fides, quæ ratione intuitus ingreditur æternum electionis decretum, licet ratione actus intempore per illa media divinitus constituta detur. De vocabulo vero causa non demum laborandum nobis est, cum nec argumentum de eadem concludat. Constituimus quippe inter electionem atq; fidem talem respectum qualis est inter ordinatum & ordinem, determinatum & determinationem, non qualis inter causam & effectum! Addimus & hoc ad Reichelij ἀντίστροφα postremum: Harmoniam decreti atque exsequitionis decreti non consistre, si cause salvationis & Electionis non sint eadem. Jacet ergo sic prostratus hic Reichelius & veritas perstat illibata atq; inconcussa. Deum generor, ut eam Ipsi omnibusq; ab eo seductis manifestet, in eadem autem nos conservet & confirmet propter Immanuēl nostrum Jesum Amem.

Th. ev. polem. 388 h

Theo